se ab etc. Alicubi certe φυλάττομαι, cum accus. rei præsertim, commode redditur Vito. Atque adeo φυλάττομαι τὴν θάλατταν Bud. affert pro Fugio etiam, et Aversor: addens et exp. Græcam, φρίττω et φοβοῦμαι: cujus Auctorem tacet. Sic certe Schol. Thuc. φυλάττεσθαι alicubi exp. φοβηθῆναι. Invenitur φυλάττομαι cum accus. sequente etiam infin., qui accus. est articulus, ut cum scribit Dem. (313.) Παραλείπω, φυλαττόμενος τὸ λυπῆσαί τινα ἐν οἷς σεμνύνομαι. At cum accus. personæ, Thuc. 6, (87.) p. 226. Ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς καὶ ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε. Xen. nno in l. φυλάττεσθαι et φυλάττειν conjunxit, hoc quidem pro Servare, s. Custodire; illud autem pro Cavere: K. Π. 4, (4, 2.) Τοὺς δ' αἰχμαλώτους εἰ ἀφίεμεν, τοῦτ' αὖ σύμφορον, ὡς ἂν ἐγώ φημι, ποιήσαιμεν· πρῶτον μὲν γὰρ νῦν, οὐκ ἂν φυλάττεσθαι οὐδὲ φυλάττειν τούτους ἂν ἡμᾶς δέοι. Interdum post accus. personæ habetur particula μὴ, cum suo subjunctivo, ut in hoc Ejusd. loco, (Ἀπ. 2, 2, 14.) Τοὺς ἀνθρώπους φυλάξῃ μή σε αἰσθόμενοι τῶν γονέων ἀμελοῦντα, πάντες ἀτιμάσωσι. Ubi videri possit τοὺς ἀνθρώπους φυλάξῃ μή σε αἰσθόμενοι κ. τ. λ. dictum esse pro φυλάξῃ μὴ οἱ ἄνθρωποι αἰσθόμενοι, Cavebis ne homines, ubi te senserint, vel animadverterint, etc. Apud eund. Scriptorem extat et cum præp. ἀπὸ constructum, (K. Π. 2, 3, 5.) Φυλάττομαι ἀπὸ τούτων. Affertur vero et πεφυλαγμένος ἀπὸ γυναικὸς, ex LXX. Interprr. 1 Reg. 21. quod tamen non redditur Qui sibi cavit a muliere, sed Mundus a muliere. Ex Apoll. Rh. affertur cum accus. 2, (348.) Πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, ubi existimatur poni pro præs. φυλασσόμενοι. Invenitur tamen πεφυλαγμένος cum accus. alium præterea usum habens, de quo antea dictum est. Apud Hom. autem PARTICIP. Πεφυλαγμένος quidam interpr. Cautus, Il. Ψ. 343. ἀλλὰ φίλος, φρονέων, πεφυλαγμένος εἶναι. At Schol. πεφυλαγμένος εἶναι positum esse tradit pro πεφύλαξο. Sed et Plut. πεφυλαγμένος posuit pro Cautus, εὐλαβὴς, teste Bud. Nec tamen idem omnino cum εὐλαβὴς esse potest, cum Plut. utroque simul utatur, Εὐλαβεῖς καὶ πεφυλαγμένοι, ubi sicut πεφυλαγμένοι signif. Cauti, vel Circumspecti, sic εὐλαβεῖς poni existimatur pro Religiosi. Itidemque ADV. Πεφυλαγμένως, Caute, Circumspecte, Provide. Videri certe possit Plin. Junior adverbio Custodite Græcum hoc exprimere voluisse, Ep. 5, 3. Quam studiose, quam intelligenter lectitabat! ut parce custoditeque ludebat! Quidam πεφυλαγμένως interpr. etiam Cum animadversione. Ego ap. Isocr. πεφυλαγμένως ἔχειν πρός τι puto reddi etiam posse, Cautionem rei alicui adhibere, s. in re aliqua. Ab alia autem τοῦ φυλάττεσθαι signif. est πεφυλαγμένως ap. Xen. (Ἱππαρχ. 6, 2.) pro Vigiliis et excubiis positis, ut Bud. vertit, afferens ex eo, π. ἀναπαύεσθαι, de exercitu dictum. [" Steph. Dial. 53. Longus p. 4. 14. Vill." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. 171. Schæf.]

[" Φυλάττω, ad Charit. 442. Eur. Iph. A. 538. Wakef. Herc. F. 51. Phil. 48. 1328. 1453. Eum. 243. 442. Abresch. Æsch. 2, 32. T. H. ad Plutum p. 461. ad Lucian. 3, 487. Heyn. Hom. 6, 327. Longus p. 3. 4. 307. Vill., Toup. Opusc. 1, 44. Musgr. ad Eur. Or. 57. 1218. Med. p. 241. Ammon. 129. Græv. Lectt. Hes. 593. ad Xen. Mem. 3, 6, 11. Zeun. ad K. Π. 19. 56. 200. Theocr. 15, 71. Valck. Adoniaz. p. 369. Diatr. 65. 226. Unde? Coray Theophr. 308. Caveo, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 6. cf. Eund. p. 29. Pierson. Veris. 12. Ammon. 59. Curo, sic vertunt, Callim. H. in Del. 204. Pro φέρω, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 111. Cum gen., Wakef. Ion. 1153. Plut. Alex. p. 37. Schm. Cum inf., Dionys. H. 1, 394. Cum negatione quæ redundat, Bergler. ad Alciphr. 216. Act. pro med., Heind. ad Plat. Theæt. 323. (Lobeck. Phryn. 363.) De discrimine act. et med., Dawes. Misc. Cr. 99. Xen. K. Π. 361. 379. Plut. Mor. 1, 507. (506.) Musgr. Med. 102. 320. Kuster. V. M. Præf. v. vii. 14. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 427. Villois. ad Long. 178. Porson. Med. p. 13. Brunck. Aristoph. 3, 45. ad Dionys. H. 1, 269. Heyn. Hom. 6, 38. Heind. ad Plat. Gorg. 50. Φυλάσσομαι, med., cum inf., Huschk. Anal. 236. Caveo, Phalar. 260.: μὴ παθεῖν, Ne patiar, Achill. Tat. p. 13. Salmas. cf. Porson. Hec. p. 39. Ed. 2. Observo, H. Steph. de Dionys. Imit. Thuc. Φυλάττομαί τινα, Xen. Mem. 1, 1, 18. Πεφύλαγμαί τι, Valck. Hipp. p. 266. Πεφυλαγμένος, Ruhuk. Ep. Cr. 294. Jacobs. Anim. 43. Anth. 9, 236. Steph. Dial. 53. Πεφύλαξο, Jacobs. Anim. 217. Anth. 6, 203. 9, 321. Wakef. S. Cr. 4, 170. Epigr. adesp. 232." Schæf. Mss. " Φυλάσσω σιγήν, Sileo, Dionys. H. 1, 479. Φυλάσσομαι, Caveo, cum gen., Arat. D. 199. (τότε δὴ πεφύλαξο Παντοίων ἀνέμων:) Ph. 48. ("Αρκτοι, κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο.)" Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Φυλάσσειν, Φυλάττειν, quo compendio scribantur, ad Greg. Cor. 837. 852.]

Φύλαγμα, τὸ, Quod custoditur s. servatur, Quod datum est custodiendum. In VV. LL. Præceptum, Mandatum, sed absque Auctore. Fuerit certe ab ea verbi φυλάττω signif., qua dicitur φυλάττειν τὰς ἐντολὰς, sicut φυλάττειν τὸν νόμον. [" Schol. Thuc. 6, 66." Boiss. Mss. Schleusn. Lex. V. T.]

[* Φύλαξις, Gl. Custoditio, Schleusn. Lex. V. T. " Brunck. Soph. 3, 429." Schæf. Mss. " Eur. Hel. 513." Seager. Mss.]

Φύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, Custos, Excubitor, Vigil. Il. I. (472.) Καὶ τότ' ἐγὼ θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας Ῥήξας ἐξῆλθον, καὶ ὑπέρθορον ἑρκίον αὐλῆς Ῥεῖα, λαθὼν φύλακάς τ' ἄνδρας δμωάς τε γυναῖκας. Dixerat autem paulo ante, Οἱ μὲν, ἀμειβόμενοι φυλακὰς ἔχον. Xen. φύλακας et φρουροὺς fecit eosdem, K. Π. 8, (2, 11.) quæ ap. Herodian. (2, 5, 10.) conjuncta itidem leguntur. Apud Aristot. autem legimus, Φύλακας, οἷον φρουροὺς, Pol. 2. Dicitur autem ἐφιστάναι φύλακα, Xen. K. Π. 8, (2, 10.) Καὶ φύλακας αὐτοῖς ἐφιστάντα μισθοφόρους, τούτοις πιστεύειν. Sic Plut. in Popl. Καὶ φύλακα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ταῖς θύραις ἐπιστήσας. Athen. 12. Οὐδένα του καρποῦ καθίστα φύλακα. Sæpe autem adjunctum gen. habet hoc nomen. Herodian. 1, (17, 12.) Ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ προσιέναι, ἅτε τοῦ θαλάμου φύλακι. Xen. K. Π. (6, 3, 7.) Φύλαξ τῆς Σουσίδος γυναικὸς, (Ἀπ. 2, 1, 32.) Πιστὴ φύλαξ οἴκων δεσπόταις. Dem. (17.) Φυβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας (χώρας) ἀκεραίου γένωνται. Æschin. Φύλαξ τῆς δημοκρατίας. Apud Isocr. itidem φύλαξ τῆς πολιτείας, nec non φύλαξ τῆς εἰρήνης: quibus in II. redditur etiam Conservator. Sed ei præfigi potest Custos, ut a Cic. alicubi conjungi hæc videmus. In bello autem φύλακες, vel cum adjectione vel absque illa positum, reddi potest etiam Præsidiarii milites, aut brevius Præsidium. Thuc. 2, (78.) Καταλιπόντες φύλακας τοῦ ἡμίσεος τείχους, Relicto præsidio. Idem eod. l. Οἱ Ἀθηναῖοι φύλακας κατεστήσαντο κατὰ γῆν. In hujusmodi tamen II. legitur interdum non φύλακας, sed φυλακὰς, idem valens: a nomin. sing. φυλακή. Sed et φύλακες νῆες e Thuc. pro Naves præsidiariæ. Qua signif. alioqui DICITUR Φυλακίδες νῆες. Appian. Οἱ δὲ αὖθις συνῆλθον ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον χῶμα περιορμουσῶν φυλακίδων νεῶν. In VV. LL. nomin. SING. Φυλακὶς, ίδος, ἡ, Navis ad præsidia locorumve custodiam mitti solita, quæ et φρουρὶς, Xen. Ita quidem illa; sed tamen absque adjectione substantivi ναῦς, dubito an signif. hanc habere possit φυλακὶς. Generalius autem usurpatur φυλακὶς pro Ea quæ est custos, ut ap. Plat. (de Rep. 5. p. 19.) Ὡς δεῖ κοινῇ πάντα ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας καὶ τὰς φυλακίδας. Aliud porro fem. nomen affert Bud. VIDELICET Φυλάκισσα, itidem pro Custos; sed duntaxat ex Interprr. LXX. in Cantico Canticorum (1, 5.) Mihi quidem certe valde insolens hæc adjectivi forma videtur. [" Φύλαξ, Jacobs. Anim. 110. Anth. 8, 57. Brunck. Aristoph. 2, 178. Antig. 974. Pierson. ad Herodian. Philet. 464. Toup. Opusc. 1, 417. 2, 233. Emendd. 4, 427. ad Diod. S. 1, 307. Musgr. Med. 1260. Φυλακὶς, ad Diod. S. 2, 417. 472. Φυλακὶς, Φυλάκισσα, Valck. Adoniaz. p. 321. Φυλάκισσα, ad Callim. 288. ad Diod. S. 1, 252." Schæf. Mss. "Φύλαξ, Propulsator, Eur. Phœn. 1101. Epith. Dianæ, Schol. Theocr. 2, 12." Wakef. Mss. Ad Greg. Cor. 338. 591. 594. Bast. Ep. Cr. 121. Φύλακα ἐπιστῆσαί τινι, 170. Ἡ φύλαξ, φυλακὶς, Lobeck. Phryn. 452.]

Ceterum a Poetis dicitur ETIAM Φύλακος, SIVE Φυλακὸς, ut Aristarcho scribere placuit, ad similitudinem aliorum nominum in κος desinentium, ut μαλακὸς, et παρδακὸς, et φαρμακὸς, et ἀνακός. At qui φύλακος scribunt barytone, gen. φύλακος a φύλαξ in nominativum alterius declinationis transisse dicunt: quorum sententiæ subscribere videtur Eust. Il. Ω. (566.) οὐδὲ γὰρ ἂν φυλάκους λάθοι. Traditque idem Gramm. φυλάκους dici Poëtice: secundum quosdam vero et Dorice. [" Cattier. Gazoph. 55. ad Diod. S. 2, 382. Bast Lettre 84(=Ep. Cr. 121.) Lobeck. Aj. p. 271. Valck. Phœn. p. 717. Wessel. ad Herod. 42. 734. (4, 97.) Koen. ad Greg. Cor. 156. 279(=338. 591.) ad Lucian. 1, 433. Brunck. Antig. 974. Musgr. Med. 1260." Schæf. Mss.]

[* Κεστροφύλαξ, Osann. Auct. Lexx. Gr. 95. * " Νεκροφύλαξ, Mortuorum custos, Eudocia p. 215." Schleusn. Mss.]

Θησαυροφύλαξ, et Ἱεροφύλαξ, et Ὀπισθοφύλαξ, et reliqua hujusmodi vide supra. Habent autem ξ et alia quædam: e quibus sunt Φυλάξιμος, et Ἀφυλαξία. Et illud quidem PRIUS, Φυλάξιμος, ὁ, ἡ, exp. Qui custodiri potest: φυλάξιμον χωρίον, Locus quem præsidio imposito custodire et tueri possumus: Une place gardable, ut quidam nostratum hodie loquuntur. [" Plut. Pomp. 76. ἐπαρχία φ., sed male pro φύξιμος." Schn. Lex.] At POSTERIUS, Ἀφυλαξία, ἡ, sonat q. d. Incustodia, i. e. Custodiæ s. Excubiarum defectus. Fortasse autem significare potest et Incuriam custodum, s. excubitorum. A Xen. (Œc. 4, 10.) ἀφυλαξίαν vocari tradit Bud. cum non obeuntur excubiæ.

Φυλακή, ἡ, Custodia, Ipsa custodiendi actio. Unde φυλακὴν ποιεῖσθαί τινος s. ἔχειν, et διὰ φυλακῆς ἔχειν τι, s. ἐν φυλακῇ ἔχειν, pro φυλάττειν, Custodire. Sed alicubi hæc loquendi genera admittunt et paulo aliud interpretationis genus: ut φυλακὴν πόλεως ἔχειν ap. Thuc. Urbem tueri. Ex Eod. affertur φυλακὴν ἔχειν τῶν νεῶν pro Naves observare. Apud Eund. certe φυλακὴν ἔχειν est Observare, non sequente gen., sed μήτε geminato, cum gemino itidem infin.: 2, (69.) Ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου, φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κόλπου μηδένα, μήτ' ἐσπλεῖν, Observabat ne quis exiret, neu intraret. Videndum autem an itidem φυλακὴ ἔστω reddi possit Observetur, ap. Hom. utpote sequente itidem μή: Il. Θ. (521.) φυλακὴ δέ τις ἔμπεδος ἔστω Μὴ λόχος εἰσέλθῃσι πόλιν. Alioqui φυλακὴ erit Custodia, aut etiam Excubiæ, ut Il. I. (467.) φυλακὰς ἔχον redditur Excubabant. Ex Eur. (Andr. 962.) affertur et plur. φυλακὰς cum verbo ἔχω pro Observo. At ἐν φυλακῇ ἔχειν redditur non solum Custodire, sed et Conservare, ap. Herod. (1, 160.) Illud autem φυλακὴν ποιεῖσθαι sequente gen., quidam interpr. etiam Præsidium imponere, et φυλακὰς ποιεῖσθαι ap. Thuc. pariter et Xen. Locare custodiam. Jungitur accus. φυλακὴν s. φυλακὰς et cum verbo καθίστημι, cum ap. alios, tum ap. Thuc. et tunc interpr. Præsidium impono vel præsidia. Hæc autem omnia aliaque insuper loquendi genera faciunt ut φυλακὴ non solum reddatur Custodia, Tutatio, Conservatio, Observatio, Excubatio, Excubiæ, sed etiam Præsidium. Affertur præterea ex Eur. Hec. (82.) p. 3., ὃς Θρῄκην κατέχει Ξείνου πατρίου φυλακαῖσι, pro Thraciam habitat paterno amico commendatus; sed malim hic, vocem illam primam retinendo, dicere, Commendatus custodiæ paterni amici, Traditus custodiæ, s. in custodiam. Aut etiam, Cujus custodia paterno amico credita est. Apud Dem. autem, ubi φυλακὴ et πρόνοια copulantur, φυλακὴ exp. εὐλάβεια. Ex Eod. φυλακὴ τῶν λῃστῶν, pro Animadversio in prædones: quæ interpr. suspecta mihi est. Ceterum quod ad pluralem φυλακαὶ attinet, sciendum est Cic. quoque plurali itidem numero usurpare Custodiæ, et quidem alia pluralia conjungentem, quæ hic observanda sunt: ut in Or. pro Marc. Excubias et custodias alicui polliceri. Catil. 2. Vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. Catil. 1. Præsidiis, custodiis vigiliisque munire aliquem locum. Bud. e Xen. (K. Π. 1, 6, 19.) affert φυλακὰς νυκτερινὰς καὶ ἡμερινὰς καθιστάναι, pro Vigilias, et Excubias, s. Stationes: quas et προφυλακὰς ab eo vocari tradit, dicente pro eod., προφυλακὰς ποιησάμενοι, et φυλακὰς καταστησάμενοι. Ex ejusd. Xen. Ἱππαρχ. (4, 11.) affert, Φυλακαὶ κρυπταὶ καὶ φανεραὶ pro Stationes et excubiæ. Idem hæc Arriani, (4, 13, 8.) Ὡς οὖν περιῆκεν εἰς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακὴ, vertit, Postquam permutatis in orbem vicibus vigiliarum munus ad Antipatrum pervenit. Idem hæc Lucæ, 2, (8.) Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν, ita reddit, Et pastores erant in villa ejusdem agri manentes, et vigilias obeuntes noctu in gregem suum. Quidam interpr. Excubantes excubias, ad exprimendam, quæ in Græco sermone est, paronomasiam. Sed et hoc considerandum est, non vacare adverbium Noctu si interpretemur Excubias, alioqui vacaturum, si dicamus Vigilias. In Græco certe sermone nequaquam esse otiosum gen. νυκτὸς, vel ille Xen. locus ostendit, quem paulo ante protuli, habens φυλακὰς et νυκτερινὰς et ἡμερινάς. Qui locus facit etiam ut τῆς νυκτὸς malim jungere cum φυλακὰς, et dicere φυλακὰς της νυκτὸς esse φυλακὰς νυκτερινὰς, quam interpretari Noctu, De nocte. Fateor tamen consuetudini linguæ Græcæ aptius futurum fuisse, φυλάσσοντες τὰς τῆς νυκτὸς φυλακάς. Ac eund. manere sensum constat, sive νυκτὸς cum φυλακὰς jungamus, sive cum verbo φυλάσσοντες, interpretando Noctu, Nocte, De nocte. At vero singulari numero ἡ πρώτη φυλακὴ τῆς νυκτὸς, et ἡ δευτέρα, et ἡ τρίτη, et ἡ τετάρτη, ut Latine, Prima vigilia noctis, et secunda, et tertia, et quarta. Φυλακὴ, inqnit Suidas, quarta pars noctis; in quatuor enim partes divisa erat. Et φυλακαὶ τῆς νυκτὸς, inquit Idem, αἱ διαιρέσεις, καθ' ἃς οἱ φύλακες τὰς φυλακὰς ἀλλήλοις ἐγχειρίζουσι. Hujus autem usus nominis φυλακὴ exempla passim ap. Evangelistas habes.

Φυλακὴ, Custodia, i. e. Custodes qui cingunt latus principum, s. satellites, aut stipatores, Bud. ex Aristot.

Φυλακὴ, Custodia, i. e. Carcer. Lucill. Epigr. Εἰς φυλακὴν βληθεὶς ποτε Μάρκος ὁ ἀργὸς ἑκοντὶ, (nisi potius hoc ἑκοντὶ sequenti versui jungi debet,) Conjectus in carcerem s. custodiam. Sic autem dixit Matth. (5, 25.) Καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Aristot. Œcon. 2. ποιεῖν εἰς φυλακὴν dixit pro eod.: Plut. εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι. Rursum Matth. (14, 3.) Θέσθαι εἰς φυλακὴν. Sed et ἔχειν ἐν φυλακῇ ap. Eund. pro Detinere in carcere. Quo genere loquendi ante illum usus est Herod.: ap. quem (1, 24.) Ἀρίονα ἐν φυλακῇ ἔχειν, Gellius vertit, Arionem custodiri jussisse. Ab hac autem nominis φυλακὴ signif. est COMP. Συμφυλακίτης, pro In eadem custodia detentus, s. In eodem carcere. Quod vocab. Bud. in quodam Carmine extare ait. [" Theod. Prodr. 38. 109. * Συμφυλακῖτις, 134. (Rhod. 74.)" Elberling. Mss.] Hanc ipsam nominis φυλακὴ signif. sequitur et VERBUM Φυλακίζω, utpote quod ponitur pro In carcerem conjicio, εἰς φυλακὴν βάλλω, Act. 22, (19.) Ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπί σε. Affertur hoc verbum et e libello qui Γαλεομυομαχία inscribitur. [* " Συμφυλακίζω, Theod. Prodr. Rhod. 14. Nicet. Eugen. 2, 8. 56." Boiss. Mss.] Dubium vero est an et NOMEN Φυλακῆται, (nisi potius scr. est Φυλακῖται,) quod Bud. interpr. Custodiæ, afferens e Pand., huc referendum sit. Latine quidem certe Custodias vocari constat et eos, qui in custodiam dati sunt. [Φυλακίτης, Gl. Carcerarius, Nicetas 11, 11. " Herodian. Epimer. 181." Boiss. Mss. * Φυλακῖτις, Theol. Arithm. 43, 13.]

Φυλακὴ habet præterea quendam usum, cujus nulla fit in VV. LL. mentio. Is autem ex ea verbi φυλάττομαι signif. manat, qua ponitur pro Caveo. Sicut enim φυλάττομαι ostendi sæpe esse quod Latini dicunt Caveo, sic φυλακὴν nonnullis in II. observavi id esse, quod iidem dicunt Cautio. Thuc. 4. Καὶ τὰ ἄλλα ἐν φυλακῇ πολλῇ ἦσαν, φοβούμενοι μή, Et in ceteris cautionem magnam adhibebant, vel, circa cetera. Aut, Cautionem et diligentiam magnam, ut

a Cic. quoque duo ista interdum copulari videmus. Gallice autem illo ipso verbo uteremur, quod et superioribus signiff. convenit; sed peculiarem ei constr. dantes. Diceremus enim, Ils étoient sur leur garde, Ils se tenoient sur leur garde, Ils se tenoient très-bien sur leur garde: propter illud πολλῇ. Eund. usum habere mihi videtur et in isto Ejusd. loco, qui ejusd. libri est, (c. 80.) Ἀιεὶ γὰρ τὰ πολλὰ Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς εἵλωτας τῆς φυλακῆς περὶ μάλιστα καθεστήκει: nam hoc aut simili modo interpretandum puto, Ita enim se Lacedæmonii erga Helotas gerebant, ut præcipua sibi cavendi ab iis cura esset. Valla autem ita vertit, Fere enim eis inter præcipuas curas fuit semper, servitiorum custodia. Ut autem his in ll. φυλακὴν Cautionem significare dico, sic et ap. Plut. Turn. ita interpr.; nam hunc illius locum (7, 656.) Ὅθεν οὐκ εὖ τῷ θεῷ τὴν ἀϊδιότητα ποιοῦσιν ἐκ φυλακῆς καὶ διακρίσεως τῶν ἀναιρετικῶν, sic vertit, Itaque non recte deo æteruitatem tribuunt ex cautione et repulsione offensionum.

AT VERO Φυλάκη, Nomen urbis Thessaliæ. Cujus B ἐθνικὸν EST Φυλακήσιος.

[" Φυλακή, Thom. M. 873. ad Charit. 587. Wakef. Herc. F. 51. Jacobs. Anth. 7, 33. Zeun. ad Xen. K. Π. 304. 485. Wessel. ad Diod. S. 1, 4. Carcer, Lucillius 108. Locus ubi positi sunt custodes, Xen. Mem. 3, 6, 10. Conf. c. φύλαξ, Schneid. Anab. 113. 133. Φ. ἐλευθερία, ad Diod. S. 2, 571. 581. 643. Διὰ φυλακῆς ἔχειν, ad Xen. Eph. 183. Ἐν φυλακῇ ποιεῖσθαι, Toup. Emendd. 1, 378. Φύλακὴν ποιεῖσθαί τινος, Dionys. H. 3, 1331." Schæf. Mss. " Præsidium, Menander Fr. p. 154." Schleusn. Mss. Φ. conf. c. φύσις, ad Greg. Cor. 837.: quo compendio scribatur, ibid. Vide Schleusn. Lexx. in N. et V. T.]

A nomine Φυλακὴ EST Φυλακικός, Custodiendi peritus, s. Servandi, Aptus ad custodiam. Φυλακικός, Plato (de Rep. 5. p. 16.) dicere solet pro Eo qui aptus est ad custodiam. Xen. φυλακτικὸν dixit, inquit Bud. ITEM Φυλακεῖον, τὸ, Locus in castris ubi sunt excubiæ, Statio, Præsidium, Arx: ut inquit Idem, afferens e Polybio 5, (76, 3.) Προσαγγείλαντος δέ τινος, οἱ μὲν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὥρμων μετὰ σπουδῆς, οἱ δ' ἐπὶ τὰ φυλακεῖα. Ex Eod. (5, 75, 10.) Οὗτοι μὲν ἐβουλεύοντο, καλέσαντες καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν φυλακείων ἅπαντας, Quibus et h. l. addit, e quo magis etiam patere vocis illius signif. potest, (6, 35, 6.) Τῶν δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποταχθέντων, ἀφ' ἑκάστου φυλακείου τῶν τὴν πρώτην μελλόντων τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον. Invenitur ETIAM Φυλάκια ap. Suid., quæ ap. Alexandrinos esse dicit τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν. Non existimo autem eum dicere voluisse φυλάκια id significare, sed ea esse spectatoribus tanquam ἐκμαγεῖα quædam, etc. Fuisse porro quædam κατασκευάσματα, e Polybii loco, quem subjungit, conjicere possumus.

[* Φυλακεύς, i. q. φύλαξ, Opp. K. 4, 295. Cf. Σκύλαξ, Σκυλακεύς. * " Φυλάκεια, ἡ, Fascia, Fasciola, (Amuletum,) Poeta vetus de Vir. Herb. 182. (ap. Fabr. B. Gr. 3. p. 658.)" Schleusn. Mss.]

Φυλακτέον, Custodire oportet vel Observare, Cavere oportet, Cavendum est. Gal. Καὶ εἰ ἄλγημα σύντονον ἐνοχλοίη τὸν νοσοῦντα, φυλακτέον ἀθρόας τε καὶ πολλὰς κενώσεις. Itidemque aliis plerisque in ll. utitur. Et Φυλακτέος, Custodiendus, Observandus, Cavendus. [" M. Anton. 2, 7. 7, 60. 11, 18. Clem. Alex. 257. Orig. c. Cels. 429. Euseb. H. E. 205." Kall. Mss. " Eur. Andr. 63. ἃ σοι φυλακτέα." Seager. Mss. " Φυλακτέον, Jacobs. Anim. 49. Wakef. S. Cr. 4, 242. Valck. Diatr. 226. Cavendum, Lucian. 3, 199." Schæf. Mss.]

Φυλακτὴρ, ῆρος, ὁ, Custos, Vigil, Excubitor, φύλαξ. Il. I. (66.) φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι λεξάσθων παρὰ τάφρον. [" Pierson. Veris. 133." Schæf. Mss. " Opp. Ἀ. 4, 55. Quint. Sm. 7. fine." Wakef. Mss.] UNDE Φυλακτηρία, ἡ, subst. Custodia, Excubiæ. Exp. φυλακὴ, item παννυχὶς, [ab Hes.] AT VERO Φυλακτήριον cum alia significat, tum Locum in quo sunt custodes s. vigiles; nam a Suida exp., τόπος ἔνθα οἱ φύλακες, Stationem excubitorum s. vigilum. Aristot. A Pol. 7, (12.) Τὰ δὲ τείχη διειλῆφθαι χρὴ φυλακτηρίοις καὶ πύργοις κατὰ τόπους ἐπικαίρους. Atque ita φυλακτήριον convenit significatione cum φυλακεῖον, de quo supra. Sed et Excubias φυλακτήριον appellari putavit Bud. Quin etiam quemadmodum illa vox φυλακεῖον ponitur et pro Præsidio, sic φυλακτήριον in isto Chrys. loco, de Precatione, Προσευχὴ δὲ, ἄμαχον ὅπλον καὶ ἀσφαλὲς φυλακτήριον. Reddi tamen potest et Munimentum, aut etiam Arx, sicut et φυλακεῖον. Nam φυλακεῖα et φυλακτήρια dici queunt Quæcunque nos custodiunt et tuentur. Xen. X. Π. 7, (5, 6.) Ἀνίστη δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς πύργους ἐπὶ τῆς ἀμβολάδος γῆς, ὅπως ὁτιπλεῖστα φυλακτήρια εἴη. Dicitur φυλακτήριον et Antidotum contra venena, Amuletum, VV. LL. in quibus affertur e Diosc. 5. de lapide selenite, Καὶ ἀντὶ φυλακτηρίου περιάμματι αὐτῷ αἱ γυναῖκες χρῶνται, Pro amuleto sibi eum alligant mulieres. Ex eod. l., de jaspidibus lapillis, Πάντες εἶναι λέγονται φυλακτήρια περίαπτα, Omnes pro amuletis alligari feruntur. At vero ap. Matth. 23, (5.) Φυλακτήριον, q. d. Conservatorium, quod eo conservetur memoria legis, inquit Erasm. quem vide: nec non doctissimas postremi Interpretis annotationes: ubi inter alia scribit, hujusmodi esse quæ quidam hodieque e collo suspendunt, inscripto præsertim initio Evangelii secundum Joannem: atque hanc superstitionem damnasse jam olim Antiochenam synodum, expresso etiam nomine φυλακτηρίων. Sed si φυλακτήρια velimus illa itidem appellare, non jam ita vocabuntur, tanquam conservatoria, a conservanda memoria; sed tanquam amuleta, ut in ll. Diosc. quos modo protuli. [Schleusn. Lex. N. T. " Ad Diod. S. 2, 199. Toup. Opusc. 1, 217. ad Herod. 397." Schæf. Mss. Polyb. 8, 17, 5.] Invenitur et ADJ. Φυλακτήριος, Custodiendi vim habens, Aptus ad custodiendum. Affertur tamen et tanquam simpliciter positum pro Custodiens, e Diosc. 5. Φυλακτήριος τῶν συνειληφυιῶν, Conceptus feminarum custodiens. [" Ad Diod. S. 1, 659." Schæf. Mss.]

C [* Φυλάκτωρ, i. q. φύλαξ, Nonn. D. 2, 176. alibi. " Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 163." Boiss. Mss.]

[* Φυλάκτης, ὁ, i. q. φύλαξ, Plut. 7, 172. " Wernsd. ad Plut. Quæst. 1. p. 24." Schæf. Mss.] Φυλακτικός, Custodiendi peritus s. Servandi, sicut et φυλακικός, de quo supra. Et τὸ φυλακτικὸν, Custodiendi sedulitas. Aristot. Rhet. 2. φυλακτικοὺς ἐγκλημάτων vocat Qui eorum memoriam servant, (ut dicitur φυλάσσειν χόλον, s. ὀργὴν,) Qui ea mente condita tenent. Sed φυλακτικὸς a φυλάττομαι significante Caveo, est Qui cavere sibi novit, et q. d. Cavendi peritus. Unde redditur etiam Cautus. Φυλακτικὸς ap. Xen. (Ἀπ. 3, 1, 6.) inquit Bud., Cautus, Accuratus circa vitandas insidias. Cui opp. ἀφυλακτῶν. Ab Eod. in Comm. redditur, Ad custodiam aptus, et Conservator, et Circumspectus ad dolum et insidias cavendas. Itidem certe φυλακτικὰ ζῶα, ex Aristot. affertur de iis animalibus, quibus sibi cavendi solertia data est. Et, Σοφία ἡ περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτική, e D Platonis Epist. Sapientia ab improbis et injustis sibi cavendi. [" Wakef. Alc. 372." Schæf. Mss. * " Φυλακτικῶς, Bekk. Anecd. 391. Glossæ Herod. (et Suid.) v. Ἀνακῶς, Gal. Lex. Hippocr., Timæi Lex. v. Περιεῖπον." Boiss. Mss. J. Poll. 5, 147. Schol. Soph. Œd. C. 148.]

[* " Φυλακτὸς, ad Phalar. 334." Schæf. Mss. * " Φυλάκτὸν, i. q. φυλακτήριον, Vita S. Nili Jun. p. 4. Ed. Rom. 1644." Boiss. Mss. * Φυλακτογράφος, vide Ἐπισυντρέχω. * Ἀειφύλακτος, Schol. Opp. Ἀ. 4, 189.] Ἀφύλακτος, Incustoditus. Aristot. Polit. 1. Ἀφύλακτον οἰκίαν εἶναι. Thuc. 2, (93.) de Piræo, Ἦν δὲ ἀφύλακτος καὶ ἄκλειστος, Incustoditus, In quo nullum erat præsidium: (13.) Ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν. Affertur et pro Non observatus, Qui non observatur. Apud Plut. Cæsare, Inevitabilis, Qui caveri non potest, Οὐχ οὕτως ἀπροσδόκητον τὸ πεπρωμένον ὡς ἀφύλακτον. ‖ Ἀφύλακτος, signif. activa, Qui sibi non cavet, Incautus, Improvidus, Qui inobservate aliquid agit, Bud. e Greg. Naz. Ἀφύλακτον ἡ

ἀπλότης: et addens, Non circumspecta, Secura, Nihil cavens. Affert præterea e Plut. Τὸν δὲ Μαχάονα οὐ μεγάλην οὐδὲ καίριον πληγὴν τρωθέντα, εἰκότως ἀφυλακτοτέρᾳ διαίτῃ ποιεῖ χρώμενον. Dicit poni et pro Non observans. Quæ signif. illi datur et in hoc Nonni loco, μοῦνος ἐὼν ἀφύλακτος. ["Valck. Phœn. p. 342. Diatr. 242. ad Herod. 744. Phryn. Ecl. 81. Thom. M. 229. 298. Crinag. 31. Jacobs. Anth. 9, 222. 272. ad Lucian. 1, 741. Lobeck. Aj. p. 372. Qui sibi non cavet ipse et cui nec opinato quid evenit, Wessel. Diss. Herod. 90." Schæf. Mss. Incustoditus, Xen. Σ. 3, 9. Ἱππαρχ. 4, 18. Non munitus, K. Ἀ. 2, 6, 12. 5, 7, 9. Ἑλλ. 6, 5, 41. Ἱππ. 12, 7. Incautus, K. Π. 1, 6, 19. "Ἀφύλακτα, adv., Niceph. Brev. Hist. p. 6." Boiss. Mss.] Ἀφυλάκτως, Incustodite, Incaute, Improvide. Xen. Ἑλλ. 4, (1, 9.) Καταφρονητικῶς καὶ ἀ. Herodian. 6, (5, 5.) Οὕτω γὰρ ᾤετο διαφόροις ἐφόδοις ἀ. τε καὶ ἀπροόπτως αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι, Ita enim arbitrabatur diversis itineribus imparatos eos ac sic necopinantes oppressurum, Bud. Sed Idem hæc ejusd. Scriptoris, 4, (13, 12.) Ἀπροσδοκήτως καὶ ἀ. ὁ Ἀντωνῖνος ἀνῃρέθη, reddit De improviso Antoninus minime defensus occubuit. [Xen. K. Ἀ. 5, 1, 4. Ἑλλ. 4, 4, 15. "Ad Herod. 744. Wessel. Diss. 90. ad Lucian. 1, 741. ad Dionys. H. 1, 108." Schæf. Mss. Ἀφυλακτότερον, Dio Cass. p. 4.] Ἀφυλακτέω, Mihi non caveo, Incaute me gero. Aristot. H. A. 7. Αἵ τε γὰρ νέαι πάμπαν, ἀφροδισιαζόμεναι, ἀκολαστότεραι γίνονται· οἵ τε ἄρρενες, ἐάν τ' ἐπὶ θάτερα ἐάν τ' ἐπ' ἀμφότερα ἀφυλακτήσωσι. Et pass. Ἀφυλακτεῖσθαι dicitur Quod fit non cavendo sibi, Quod incaute fit. Apud Lucian. autem (2, 417.) ἀφυλακτούμενοι λόγοι Bud. interpr. Non observati et transmissi. Idem e Polybio (5, 73, 10.) affert ἀφυλακτούμενος τόπος, sed alia signif., sc. pro ἀφύλακτος. Activa autem illa vox Ἀφυλακτεῖν habet et alium usum ap. Xen. pro Vigilias non disponere in castris, ut Idem tradit. Alioqui certe τῷ ἀφυλακτεῖν opposuit Idem τὸ ἐπιμελεῖσθαι, K. Π. 1, (6, 5.) Καὶ ἐπιμελουμένους ἀσφαλέστερον ἂν διάγειν, ἢ ἀφυλακτοῦντας. ["Bergler. ad Alciphr. 100. 101. Valck. Phœn. p. 342. ad Lucian. 1, 501." Schæf. Mss.] Δυσφύλακτος, Custoditu s. Servatu difficilis, Qui non facile custodiri potest s. servari. Plut. Pericle, Δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν. In VV. LL. δυσφύλακτος μάθησις, ex Alcid. Ibid. exp. Qui difficile cavetur: pro quo malim, A quo difficile cavetur, s. caveri potest. Item, Δυσφύλακτον ὀξυθυμίας ὕπο, Quod difficulter ab iracundia defendi potest. Sed Græcis verbis, si mendo carent, interpr. hæc respondere non videtur. [Dio Cass. 40, 20. "Valck. Phœn. p. 342. * Δυσφυλακτέω, Heyn. Hom. 6, 37." Schæf. Mss. Eust. Il. K. p. 714, 14. "Hes. v. Δυσωρήσονται." Boiss. Mss.] Huic contrariam signif. habet COMP. Εὐφύλακτος: sonat enim Custoditu facilis s. servatu, Qui facile custodiri potest s. servari. Thuc. Ὅπως εὐφύλακτα αὐτοῖς εἴη, Ut locum facile custodirent s. tuerentur. Item, Bene observatus, Captatus, Bud. Afferturque itidem e Thuc. (8, 55.) Εὐφυλακτότερα γὰρ ἐγίγνετο, pro Commodius observabatur. Est præterea εὐφύλακτος, A quo facile caveri potest. [Aristot. de Sensu 2. * "Τριφύλακτος, Tres vigilias habens, Schol. Il. K. 252." Wakef. Mss. "Brunck. Apoll. Rh. p. 48." Schæf. Mss.]

Ἀντιφυλάσσω, SEU Ἀντιφυλάττω, Vicissim custodio s. observo. Ἀντιφυλάττομαι autem Vicissim caveo. A Xen. ἐχθροὶ dicuntur ἀντιφυλαττόμενοι, Qui mutuo cavent insidias, et inter se suspecti sunt, Bud.. K. Ἀ. 2, (5, 2.) Φυλαττόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλαττόμεθα, Nobis vicissim a te cavemus. Ἀντιφυλακή, ἡ, Mutua custodia, Custodia quæ fit e contrario, s. ex altera parte, [Thuc. 2, 84. Lucian. 2, 37.]

[* Ἀποφυλάσσω, Schleusn. Lex. V. T. "Brunck. Soph. 3, 499." Schæf. Mss. "Bekk. Anecd. 437." Boiss. Mss.]

Διαφυλάσσω, SEU Διαφυλάττω, Asservo. s. potius Conservo. Xen. K. Π. 5, (1, 1.) Διαφυλάξαι αὐτῷ τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν σκηνήν. Ex Eod. affertur διαφυλάξαι παρθένον, pro Virginem septam custodia tenere atque tueri, Ἀπ. 1, (5, 2.) Ἡ θυγατέρας παρθένους διαφυλάξαι: sed non satis huic loco convenire interpr. illa videtur. Isocr. ad Nicocl. Διαφυλάττεται τὴν παροῦσαν διακατάστασιν. Idem διαφυλάττειν et διασώζειν ut omnino synonyma usurpavit in Archid. Καίτοι πῶς οὐκ αἰσχρὸν, τότε μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἱκανὸν εἶναι τὰς ἀλλοτρίας πόλεις διαφυλάττειν, νυνὶ δὲ πάντας μηδὲ πειρᾶσθαι τὴν ἡμετέραν αὐτῶν διασώζειν; Item διαφυλάττειν τοὺς λόγους quidam dixit apud Aristot. Pass. διαφυλάττομαι, Conservor. Exp. item Incolumis evado. Sed Latine dici etiam potest Servor incolumis, sicut Servare incolumem, legimus ap. Cic. ["Δ. τὸ μὴ, sequ. infin., Heind. ad Plat. Charm. 85." Schæf. Mss. * Διαφύλακτος, unde] "Δυσδιαφύλακτος, "Custoditu difficilis, Qui difficulter caveri potest, "δυσχερῶς λανθάνων, Hes." Διαφυλακτέος, Conservandus, Qui conservari debet. Διαφυλακτικὸς, Qui est aptus ad conservandum, Peritus conservandi. In VV. LL. Conservator. [Plato Defin. p. 290. Plut. 7, 116. * Ἐνδιαφυλάσσω, Theophyl. 3, 496. * Συνδιαφυλάσσω, Conservo, In custodiendo adjuvo, Polyb. 7, 3, 7. 31, 19, 11. "Lycurg. 236. ult." Kall. Mss.]

[* "Ἐκφυλάσσω, Eur. Or. 1255. Ion. 741." Seager. Mss. "Wakef. Herc. F. 609." Schæf. Mss. Soph. Œd. C. 285. Ῥύου με κἀκφύλασσε. "Ad Hesych. 1, 1158. n. 14." Dahler. Mss. Plut. 7, 197. H.]

"Ἐπιφυλάττω, Observo, Plato de LL." [LXX. Ezech. 44, 8. "Ἐπιφυλάσσω τὰ ξύλα, Apollon. Lex. v. Κρήτη, ubi est i. q. συνέχω." Schleusner. Mss. * "Ἐπιφύλαξ, Longus p. 16(=19.) ad Charit. 674." Schæf. Mss.]

"Καταφυλάττω, Observo, ex Aristoph." [Ἐκκλ. 482.]

Παραφυλάσσω, SIVE Παραφυλάττω, Observo. Plut. Amat. Narr. Καιρὸν παραφυλάξασα ἐν ᾧ κ. τ. λ. Sic Herodian. 4, (13, 11.) Ὁ δὲ Μαρτιάλιος τοὺς καιροὺς πάντας παραφυλάττων, Omnes temporum articulos captans, Polit. Alibi dixit non simpliciter καιρὸν παραφυλάττειν, sed καιρὸν ἐπιτήδειον. Sæpe autem, licet hic accus. καιρὸν non addatur, perinde tamen reddi potest aut etiam debet, ac si adderetur: ut ap. Plut. in eod. illo opusculo, Παρεφύλασσε τὴν πανήγυριν τοῦ ἰσθμίου, (nisi potius legendum est ἰσθμοῦ,) Observabat celebritatis Isthmicæ tempus, occasionem, opportunitatem: non secus ac si scriptum esset, παρεφύλασσε τὸν τῆς πανηγύρεως καιρόν. Dixi autem, sæpe id contingere, non autem semper. Permulti enim extant loci in quibus accus., qui datur huic verbo παραφυλάττειν, simpliciter reddi debet. E quorum numero sunt isti: Plut. de Non Irascendo, Ταῦτα οὖν ὁρῶντί μοι καὶ παραφυλάττοντι: Fabio, Παραφυλάξας τὸν Ἀννίβαν τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἐπὶ σιτολογίαν ἀφεικότα. Non me latet tamen posse hæc ita etiam resolvi, παραφυλάξας τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ὁ Ἀννίβας ἀφείκει. Sic et in passiva voce Παραφυλάττομαι, Herodian. 7, (8, 4.) Τοσοῦτος γὰρ ἦν ὁ Μαξιμίνου φόβος ὡς μηδὲν αὐτὸν λανθάνειν, παραφυλάττεσθαι δὲ πάντων οὐ μόνον τὰ διὰ φωνῆς καὶ γλώττης προφερόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' ὄψεως νεύματα. || Παραφυλάττειν ἑαυτὸν, ap. Plut. Cavere sibi, Gallice ad verbum, Se garder, Se donner garde. De Def. Orac. Αὐτοὶ δὲ παραφυλάττωμεν αὐτοὺς, ὦ Φίλιππε, μὴ λάθωμεν ἀτόπους ὑποθέσεις καὶ μεγάλας τῷ λόγῳ διδόντες. Ubi tamen Turn. vertit Operam demus ne. Sed multo melius exprimi vim hujus vocis illa mea interpretatione existimo. || Παραφυλάττειν, Excubare. Plut. Σπεῖρα παραφυλάττουσα, Cohors quæ ea nocte excubabat, Bud. At Suidas παραφυλάσσων exp. etiam προσδοκῶν, in quodam l. quem ap. eum vide. ["Longus p. 123. Vill., ad Timæi Lex. 155. Toup. Opusc. 1, 323. ad Xen. Eph. 249. Παραφυλάττεται, (Gl. Observat,) Schneid. Scrr. R. R. 3, 2. p. 41." Schæf. Mss. "Παραφυλάττομαι περί τινος, Caveo mihi de aliquo, Mich. Apost. Prov. 2, 22." Schleusn. Mss. * Παραφύλαγμα, Basil. 3, 426. * "Παραφύλαξις, Observantia, Euseb. H. E. (317.) 388." Kall. Mss. * Παραφύλαξ, Gl. Custos, Triumvir. "Valck. Adoniaz. p. 243." Schæf. Mss. "Suid. v. Δεξιολάβος." Schleusn. Mss.] Παραφυλακτέον, Observandum est, Observare oportet, ["Clem. Alex. 147. 148. M. Anton. 11, 19." Kall. Mss. "Fischer. ad Weller.

Gr. Gr. 1, 282. Notandum est, Herodian. Philet. 452." Schæf. Mss. * Παραφύλακτος, unde * 'Απαραφύλακτος, Schol. Eur. Hipp. 657. "Etym. M. v. Εὔωροι." Boiss. Mss.] "'Απαραφυλάκτως, Incaute, "Fab. Æsop." [Etym. M. p. 60. Euseb. H. E. 4, 7. * Παραφυλακτικὸς, Artemid. 3, 58.] Παραφυλακή, ἡ, Observatio, Cautio, ut παραφυλάττειν ἑαυτόν, est Cavere sibi. [Gl. Observatio, Observantia, Præsidium, Custodia. "Ad Charit. 674. ad Diod. S. 2, 216. 439." Schæf. Mss. Hippocr. 1278, 53. Polyb. 2, 58, 1. 4, 17, 9.] Παραφυλακτωρενόμενοι autem, quod et in meo vet. Lex. habetur, aut ad formam τον παραφρυκτωρενόμενοι factum est, aut etiam pro eo positum. Eandem enim quam et illud expositionem habet, sc. φρυκτοὺς ἀνατείνοντες ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῶν πολεμίων. Sed huic expositioni præfigitur ista, οἰκουροῦντες παρὰ τὰς φυλακάς. [* "'Αντιπαραφυλάσσομαι, Caveo, Clem. Alex. 239(=102.)" Kall. Mss.]

[* Περιφυλάσσω, Schol. Thuc. 1. p. 62. * "Περιπεφυλαγμένως, Erotian. v. 'Ανακῶς, p. 66." Boiss. Mss. * Περιφυλακή, Propugnaculum, Schn. Lex. ἀμαρτύρως.]

Προφυλάσσω, SIVE Προφυλάττω, q. d. Ante excubo, ut Excubat ante fores Cerberus, ap. Tibull. Sic προφυλάττουσαι νῆες, quæ et προφυλακίδες, Naves quæ ante exercitum in statione et præsidio sunt, Naves præsidiariæ. Thuc. 2, (93.) Οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφυλάσσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν, sc. ἐν τῷ Πειραιεῖ. Apud Xen. autem ('Απ. 2, 7, 14.) canis oves custodiens dicit, Εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, ubi quidam interpr. Nisi vos defenderem, protegerem. Sed intelligendum est, excubando ante vos, vel potius ante locum in quo estis. Affertur præterea προφυλάττω σε, pro A te caveo, ex Herod. Apud Thuc. quidem certe invenitur προφυλαξάμενος pro Qui præcavit. Sic et pass. Προφυλάττομαι, Præcaveo, [Xen. Mem. 1, 4, 13.] Exp. vero et προνοοῦμαι, i. e. Provideo. [Herod. 7, 130. 179. 8, 92. Alex. Trall. 1. p. 1. Κάλλιον δὲ προφυλάξαι τὸν τόπον ῥαφανίσι, Melius autem prius locum irritare raphani radicibus. "Προφυλάττω, Plut. Mor. 1, 506. ubi in Versione cum medio confunditur: Ilgen. ad Hymn. 345. Lucian. Ep. 34." Schæf. Mss. "Opp. 'A. 1, 722. Med., Præcaveo, Schol. Il. N. 43." Wakef. Mss. Act., cum gen., Xen. Hier. 6, 10. Αὐτῶν τῶν φυλάκων προφυλάττουσιν οἱ νόμοι. Med., cum accus., Hom. Hymn. 1, 539. νηὸν προφύλαχθε. * "Προφύλαγμα, Hes. v. Φρούριον." Wakef. Mss. * Προφύλαξις, Schol. Æsch. Pr. 906.] Προφύλαξ, ακος, ὁ, Qui ante excubat, ut προφυλάττω, Ante excubo. Sed potest et simpliciter reddi, Qui excubat, Excubitor. In VV. LL. Procubitor, e Festo. Item, Primus excubitor, cujus signif. exemplum desidero. Ibid. προφυλακες, Speculatores, Præsidiarii: aut etiam Stationarii, e Liv. Inveniuntur certe iidem uno in l. προφύλακες, in altero φύλακες dicti. ["Villois. ad Long. 206." Schæf. Mss. Xen. K. 'A. 2, 3, 1. 2, 4, 8. 3, 2, 1. 6, 4, 19. "Æneas Poliorc. 22." Schleusn. Mss. Προφύλαξ, ἡ, Eratosth. Cataster. c. 22. p. 117. Gale.] Προφυλακή, ἡ, Excubiæ, (sonat tamen q. d. Præexcubiæ; quidam autem, Procubiæ, ut dicitur Procubitor,) Vigiliæ. Ita Bud., qui ap. Plut. de Fort. Rom. Ὑπὸ τῶν προφυλάκων ἀναληφθεὶς, vertit, A vigilibus admissus. Idem affert e Xen. Προφυλακὰς ποιησάμενοι ἐκοιμήθησαν. Ex Eod. ('Ιππαρχ. 7, 13.) Σκοποῖς μέντοι καὶ προφυλακαῖς οὐδέποτε δεῖ παύεσθαι ἐπιβουλεύοντα. Sicut autem προφύλακες et φύλακες de iisd., ita et προφυλακαὶ ac φυλακαὶ, sæpe dicuntur. In VV. LL. προφυλακή est etiam Munitio ad arcendum. || Præcautio, Cautio. Paulus Ægineta, Πολλοὶ δὲ προφυλακῆς χάριν κατὰ νουμηνίαν λαμβάνουσι, Præcautionis gratia, Ad præcavendum sibi a morbis, Ad evitandos morbos. Apud Diosc. pro Amuleto ad canis rabidi morsum. [Thuc. 4, 30. "Ad Charit. 587. ad Diod. S. 1, 405." Schæf. Mss. Lex. Xen. Schleusn. Lex. V. T.] Προφυλακίς, ίδος, ἡ, ut προφυλακὶς ναῦς, Navis quæ ante exercitum excubat, (ut προφυλάσσον ναυτικὸν ap. Thuc.) aut ante alias, Navis præsidiaria. Sæpius in plur. προφυλακίδες νῆες, quod in VV. LL. exp. Speculatoriæ naves, aut ad præsidia locorumve custodiam mitti solitæ. A Schol. Thuc. 37. προφυλακίδες esse dicuntur αἱ πρὸ τῶν ἄλλων ὁρμοῦσαι. [Thuc. 1, 117. "Ad Diod. S. 2, 472." Schæf. Mss. * Προφυλακτὴρ, unde * Προφυλακτήριος, e quo * "Προφυλακτήριον, τὸ, Hes. v. Φρούριον." Wakef. Mss. "Tzetz. Ch. 7, 148." Elberling. Mss. Basil. 3, 147. * Προφύλακτος, unde] "'Απροφύλακτος, quod exp. Incustoditus. Sonat "tamen potius Non præcautus, Nulla cautione "prævisus." [Thuc. 4, 55. "Constant. ap. Euseb. V. C. 2, 70." Boiss. Mss. * 'Απροφυλάκτως, Dio Cass. 87. "Athan. 2, 108." Kall. Mss.] "'Απροσφύλακτος, "Improvisus, VV. LL. Sed perperam, ut opinor, pro "ἀπρόφ." Προφυλακτικὸς, Ad præcautionem aptus, Cujus usus est ad præcavendum, Qui adhibetur ad præcavendum. In VV. LL. προφυλακτικὸς ἰοβόλων, Qui a venenatis animalibus feriri non patitur, e Diosc. Et προφυλακτικὰ βοηθήματα, Remedia quibus in præcautione utimur, ex Eod. Προφυλακτικὰ καὶ βοηθηματικὰ, inquit Bud., Partes duæ medicinæ ap. Diosc. Quin etiam προφυλάττεσθαι dicuntur medicamenta, quæ ad præcavendos morbos dantur, vel ad veneficia, Paulo. Idem προφυλακτικὰ τῶν δηλητηρίων ap. eund. Paulum et ap. Diosc. esse ait q. d. Præsidiaria, quæ sc. contra veneficia sumuntur, ἃ προβιβρώσκεται τῶν φαρμάκων, ἀντιφάρμακα ὄντα, Quæ præeduntur, aut etiam quæ subeduntur. Et fem. Προφυλακτικὴ, s. προφυλακτικὴ ἀγωγὴ, Ea pars medicinæ quæ causas morborum arcet præcavendo. Προφυλακτικὴ, inquit Gorr., pars est τῆς ὑγιεινῆς: tuetur enim sanitatem. Tota consistit in causarum, quæ morbum alioqui facturæ erant, ablatione: h. e. tota circa humores præcipue negotiatur. Siquidem maximæ præcipuæque impendentis morbi causæ humores sunt lenti, crassi, multi, valde calidi, frigidi, mordaces, putres, pestilentes, aut alia quadam vitiosa qualitate præditi. Quæ ergo iis adhibetur provisio, lentos incidendo, crassos tenuando, multos vacuando, calidos refrigerando, frigidos calfaciendo, mordaces contemperando, putres et pestilentes immutando, ne morbum gignant, προφυλακτικὴ appellatur. E quo apparet, τῆς ὑγιεινῆς partem esse. Cum enim ratio tuendæ sanitatis versetur vel in tutela hominis optima valetudine fruentis, vel ejus qui jamjam in morbum cadere paratus est, προφυλακτικὴ secundum hoc munus sibi ascivit. Jam enim in corpore subest latetque morbi causa, eumque mox excitatura est, nisi citissime tollatur, cum nulla adhuc sit ejusmodi causa in ejus corpore qui optima præditus est valetudine. Talis quidem proprie ἡ προφυλακτικὴ est. Veruntamen etiam cura, quæ sanis et congenitam sanitatem retinentibus, (sive ea perfecta absolutaque sit, sive ab optima parum declinet) adhibetur, τῆς προφυλακτικῆς nomine appellatur, quod sanitatem in suo statu conservando, futuros morbos declinet. Quin etiam si quis jam ægrotare cœpit, morbusque in ipso, ut dicitur, fieri adhuc est, nec longe progressus, tametsi ejusmodi provisio ad therapeuticem proprie pertinet, pars tamen quodammodo τῆς προφυλακτικῆς dici potest. Cum enim morbus jam factus est, nullaque causa superest quæ morbum faciat, tunc sola jam facti morbi curatio relinquitur: ubi vero quæ subest in corpore causa, nondum morbum peperit, ejus sublatio ad προφυλακτικὴν attinet: cum vero jam aliquid egit, aliudque insuper factura est, mistum jam quodammodo hoc opus est e præservatione et curatione. Quod enim morbi jam factum est, curatione tolli debet: quod vero faciendum restat, per prophylacticen arcendum est. At nullum huic operi proprie inditum nomen est, quo conjunctam cum præservatione curationem designemus, sed pro vincente opere, vel curationem, si morbus jam longe processit, vel præcautionem, si intra initia sua consistit, appellamus. Sic quidem Gal. interpretari oportet extremo libro artis parvæ, ubi scribit τῶν προφυλακτικῶν triplicem esse in genere differentiam; primam quidem hominis qui integra fruitur sanitate, secundam ejus qui non integre valet, tertiam vero ejus qui jam ægrotat.

"Συμφυλάττω, Una custodio, conservo. Xen.

" (Ἀπ. 2, 8, 3.) τὴν οὐσίαν, Facultates." [* Συμφύλαξ, Custodiæ socius, Xen. K. Π. 8, 1, 3. 8, 6, 6. 8, 7, 3. Ἱππαρχ. 7, 6. Dorv. ad Charit. 674. Plato de Rep. 463. Thuc. 5, 80.]

ΦΥΛΗ, ἡ, Tribus. Athenis decem fuisse φυλὰς, cum ex aliis discimus, tum vero e Dem. et Æschine, vocantibus φυλὴν decimam urbis partem. Ita enim Dem. (556.) Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῖς εἰς τὸν χορὸν γεγενημένοις ἀδικήμασιν, ἡ φυλὴ τὸ δέκατον μέρος ὑμῶν συνηδίκηται. Æschin. (54.) Οὔθ' οἱ πρόεδροι, οὔθ' ἡ προεδρεύουσα φυλή, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. Factas autem fuisse decem e quatuor, ap. Herod. quoque legimus, 5, (66.) p. 196. meæ Ed. de Clisthene, Μετὰ δὲ, τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε. Lege et J. Poll., item Schol. Demosth.: Plato duodecim φυλὰς in sua civitate instituit, de LL. 8. Apud Aristot. Polit. Φυλαὶ καὶ φρατρίαι. Apud Romanos φυλὴν habuisse decem φρατρίας, e Plut. Romulo (20.) annotatur. || Φυλὴ metaphorice ap. Xen. (Œc. 9, 7.) Ὅπλων ἄλλη φυλὴ, ἄλλη ταλασιουργικῶν ὀργάνων, Alia classis: (6.) Οὕτω δὴ ἤδη διεκρίνομεν κατὰ φυλὰς τὰ ἔπιπλα, Distinguebamus in certas classes, et distribuebamus. Non ignoro tamen Bud. velle φυλὴν hic significare Genus. || Φυλὴ, Nomen proprium loci Atticæ, quo occupato Thrasybulus triginta tyrannos profligavit. Aristoph. Πλ. (1146.) Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες. Æschin. (82.) Ὥσπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν. Xen. Ἑλλ. 2, (4, 2.) Θρασύβουλος ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν, ὡς σὺν ἑβδομήκοντα Φυλὴν χωρίον καταλαμβάνει ἰσχυρόν. [" T. H. ad Plutum p. 168. Brunck. Aristoph. 3, 105. Musgr. Ion. 1577. ad Dionys. H. 1, 590. 2, 1224. ad Liv. 1, 157. Zeun. ad. Xen. K. Π. 21. 66. 751. 777. Mœr. 107. Timæi Lex. 63. Τὴν φ. καταλαβεῖν, Act. Traj. 1, 98. Κατανεῖμαι ἐς φυλὰς, ad Herod. 344." Schæf. Mss. Dicæarchus ap. Steph. B. v. Πάτρα: Φυλὴ δὲ καὶ φυλέται πρότερον ὠνομάσθησαν ἐκ τῆς εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰ καλούμενα ἔθνη συνόδου γενομένης· ἕκαστον γὰρ τῶν συνελθόντων φῦλον ἐλέγετο εἶναι.]

Φυλοβασιλεὺς, ὁ, q. d. Rex tribus s. tribuum. Hes. φυλοβασιλεῖς esse dicit E tribubus delectos qui sacrificia peragunt. Itidem J. Poll., quem vide, testatur eos μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπιμελεῖσθαι solitos. [Phot. v. Ναυκραρία. " Wernsd. ad Plut. Quæst. 1. p. 24." Schæf. Mss. * Φυλοκρινής, unde] Φυλοκρινέω, Judicis officio fungor in tribu, Sum judex tribus, ut quidem interpr. nonnulli. In VV. LL. Φυλοκρινῶ, Judico per tribus, ex J. Poll., qui tamen dicit duntaxat, ἀπὸ δὲ φυλῶν, τὸ φυλοκρινεῖν. Hes. autem habet baryt. VERB. Φυλοκρίνομαι, quod exp. ἐν τῇ φυλῇ διακρίνομαι. Vide aliam signif. verbi illius φυλοκρινεῖν post Φῦλον. [Phrynichus Bekkeri 71. Euseb. H. E. 8, 4. Basil. 3, 73. 304. 365. Liban. 1, 221. ubi v. Reisk. " Valck. Phœn. p. 38. Matth. ad Gloss. min. p. 23." Schæf. Mss. " Sequestro, Phot. c. Man. 1, 23." Kall. Mss. * Φυλοκρίνησις, Clem. Alex. 449, 16. * Φυλοκρινητικὸς, 448, 9. Sed cf. Φιλοκρινέω et derivv.]

Φύλαρχος, ET Φυλάρχης, Tribus præfectus, Qui tribui præest, Princeps tribus, Tribunus. Herod. 5, (68.) p. 197. meæ Ed. Τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε πλεῦνας ἐξ ἑλασσόνων· δέκα τε δὴ φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε. Aristot. Polit. 5. Καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ δὲ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον· ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων βουλὴν ἐποίησαν. [Φυλαρχος, Gl. Tribunus plebis. " Brunck. Aristoph. 3, 213. Munck. ad Anton. Lib. 39. Verh. Zeun. Ind. in Xen. K. Π." Schæf. Mss. Lex. Xen.] Φυλαρχέω, Sum tribus præfectus, s. princeps, Præsum tribui, Sum tribunus. Aristot. Polit. 4. copulavit φυλαρχεῖν et βουλαρχεῖν. Xen. autem Ἱππ. (11, 10.) φυλαρχεῖν et ἱππαρχεῖν. [" Const. Manass. Chron. p. 23. cf. ad Nicet. Eugen. 1, 19." Boiss. Mss. Xen. Ἱππαρχ. 1, 23.] Φυλαρχία, Præfectura tribus, [Orac. vet. Galæi p. 60. " Const. Manass. Chron. p. 24. Meurs. 29. (sed forte recte habet scriptura vulg.,) cf. p. 45. * φιλαρχοῦντι: p. 122." Schæf. Mss. * " Συμφύλαρχος, Compræfectus, Anal. Gr. 1, 71." Schleusner. Mss.]

Ἀλλόφυλος, ὁ, ἡ, Qui ex alia est tribu. Cui opp. ὁμόφυλος, Qui est ex eadem tribu. At vero ἀλλόφυλος quo significatur Alienigena, Externus, dixerim potius esse ex ἄλλο et φῦλον: atque adeo in φῦλον, non autem hic de eo tractare statui. J. Poll. tamen inter derivata a nomine φυλὴ hoc comp. recenset, sicut et alia quædam, nullam diversæ signif. mentionem faciens.

Ἀποφύλιος, ὁ, ἡ, Tribum non habens, Qui non est ex ulla tribu, Peregrinus, ξένος ὁ μὴ ἔχων φυλὴν, secundum Hes. Itidem J. Poll. ait veteres ἀποφύλιον vocasse τὸν μὴ ἔχοντα φυλήν. [Cf. Ἀποφώλιος.]

[* " Αὐτόφυλος, Isid. Pelus. 1, 7. * "Αφυλος, Plut. Æmilio P. 1." Boiss. Mss. " Heyn. Hom. 5, 536." Schæf. Mss. * " Βαρβαρόφυλος, Const. Manass. Chron. p. 117." Boiss. Mss.]

Δεκάφυλος, vide Τετράφυλος.

Ἔκφυλος, vide cum Ἔμφυλος.

Ἔμφυλος, Qui est ejusd. tribus, Tribulis. Od. O. (273.) Οὕτω τοι καὶ ἐγὼν ἐκ πατρίδος ἄνδρα κατακτὰς Ἔμφυλον, i. e. φυλέτην, ὁμόφυλον, Eust. At ἔμφυλος πόλεμος, Bellum intestinum, civile. Et ἔμφυλος στάσις, VV. LL. e Dem. Seditio civilis. Verum, si bene memini, illud ἔμφυλος στάσις, Demosthenis non est, sed e quodam Poeta ab ipso affertur. Constat certe, in prosa multo esse usitatius TETRASYLL. Ἐμφύλιος, cum illo subst. πόλεμος. Redditur autem passim ἐμφύλιος πόλεμος a Polit. ap. Herodian. Civile bellum. Cui ἐμφυλίῳ πολέμῳ idem Historicus (1, 1, 5.) opp. τὸν ξένον. Bud. ἐμφύλιον πόλεμον putavit posse reddi non solum Civile, sed etiam Intestinum, aut Domesticum: item Gentile. Plut. Cicerone, Ὁ δὲ εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν, ἤδη τῶν πραγμάτων ὥσπερ ὑπὸ φλεγμονῆς ἀφισταμένων περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, E rerum novarum molitione, tanquam vomica quadam jam collecta, unde bellum intestinum erupit, ut ille vertit. Sonat certe ἔμφυλος s. ἐμφύλιος πόλεμος, q. d. Bellum inter tribum, i. e. inter ejusd. tribus homines. A φῦλον autem derivando, significabitur Bellum inter ejusd. gentis homines. Ne quis porro hanc secundam derivationem temere afferri a me existimet, sciat Suidæ quoque auctoritate posse comprobari, quippe cui ἔμφυλος πόλεμος sit ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους. At Hes. ἔμφυλον esse dicit τὸν ἐκ τῆς αὐτῆς, οὐ πολέμιον, ἀλλ' ἐμφύλιον. Ubi non dubito quin reponendum sit τῆς αὐτῆς φυλῆς, præsertim cum ἐμφύλιον, quod proxime ibi præcedit, exponat, συγγενικὸν, ἢ τῆς αὐτῆς φυλῆς. Si quis tamen scribere malit τῆς αὐτῆς γῆς, vel χώρας, non magnopere repugnarim, cum hunc, sicut et ceteros Lexicographos, diversas deductiones in suis expositionibus plerumque sequi videamus. Ceterum non ἐμφύλιος πόλεμος duntaxat, sed etiam ἐμφύλιος νίκη, et ἐμφύλια τρόπαια, ap. Herodian. (3, 15, 6.) habemus. Apud Eund. ἐμφύλιον αἷμα, copulantem (2, 5, 10.) ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι, quod et ap. alios atque adeo ap. Apoll. Rh. (4, 717.) legitur: [sed contra metrum: recte igitur ἐμφύλῳ restituit Brunck. " Ἐμφύλιος, T. H. ad Plutum p. 112. ad Diod. S. 1, 314. De bello civili, Verh. ad Anton. Lib. p. 25. LB." Schæf. Mss. "' Ἐμφύλιον φόνον δρᾷν, Quendam e suis contribulibus occidere, Mich. Apost. Prov. 6, 46." Schleusn. Mss. Apoll. Rh. 4, 725. ἐμφύλιον ὀμφήν. Ἐμφύλιος et * Ἐκφύλιος conf., Nonn. D. 2, 547. Ἔμφυλος, Opp. Ἁ. 1, 249. Ἀνθιέων δὲ μάλιστα νομαὶ πέτρῃσι βαθείαις Ἔμφυλοι. * " Ἐμφύλως, Greg. Nyss. ap. Wolf. Anecd. Gr. 3, 17." Kall. Mss.] Illi porro ἔμφυλος, unde factum est hoc ἐμφύλιος, opponi videtur COMP. Ἔκφυλος, præsertim si ἔμφυλος accipiamus tanquam a nomine φῦλον. Nam ἔκφυλος Bud. reddit Externus. Item, A moribus gentis abhorrens: βαρβαρικὸν καὶ ἔκφυλον ἐπιτήδευμα, A moribus gentis abhorrens et inusitatum. Exp. etiam Peregrinus et inusitatus, sic accipi tradens ab Athen. (182.) et a Dionys. Areop. Affert præterea e Plut. Bruto (36.) Ὁρᾷ δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκφύλου σώματος καὶ φοβεροῦ. Quod Idem in Cæsare (69.) narrans, scribit, Ὄψιν εἶδε φοβερὰν

ἀνδρὸς ἐκφύλου τὸ μέγεθος καὶ χαλεποῦ τὸ εἶδος. Apud Suid. ex Ælíano habemus ἔκφυλος πόλεμος, quod oppositum itidem τῷ ἐμφύλῳ s. ἐμφυλίῳ, significabit Bellum externum s. exterum, oppositum domestico, ut etiam externi s. exteri hostes opp. domesticis. Vide Ἀλλόφυλος. ["Act. Traj. 1, 225. Toup. Opusc. 2, 257." Schæf. Mss. Strabo 4. p. 302. Hesych. Ἔκφυλον· τὸ μὴ συγγενὲς, ἀλλόφυλον. "Ἔκφυλον ὄνομα, Verbum peregrinum, quasi extra suam tribum oberrans, adeoque parum probatum, Lucian. Lexiph. 24. Philostr. V. S. 578. Eodem modo Longin. 15, 8. δεινὰς καὶ ἐκφύλους παραβάσεις dixit, Non ferendas et alienas digressiones, h. e. quibus quasi extra rhetoricæ artis terminos evagamur." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: v. Lobeck. Phryn. 269.]

[* Ἐπιφύλιος, Eur. Ion. 1577. χθών: v. Wakef. 1599.]

"Ὁλόφυλος, ὁ ὁλόκληρος, Integer, Suid." [Eust. Od. Z. 80. p. 1552, 23.]

excrescentias. Idem Marc. hæc in illum locum annotat, est autem ap. eum, c. 155. Verterunt, inquit, ceteri Scriptoris hujus Interprr. ἐμφυσήματα, (malum cui althæam hic mederi testatur) simpliciter Inflationes: idem, ut videtur, opinati ἐμπνευμάτωσιν et ἐμφύσημα in Græcorum medicina esse: cum tamen ἐμπνευμάτωσις judicio nostro, toto, ut sic loquamur, genere ab emphysemate, altero illo malo, differat: sitque ἐμπνευμάτωσις Flatus in interiore aliqua parte collectio: ἐμφύσημα autem, non Collectio flatus, sed Incrementum tumori simile, quod non aliter fiat quam cum oris spiritu impletur aliquid: idque nomen etiam indicat. Non fit nisi in oculo ἐμφύσημα hoc. Diffinieruntque veteres Græcorum Medici, Ἐμφύσημα, ὄγκον οἰδηματώδη τοῦ βλεφάρου: quod est, Excrescentiam ciliorum tumori similem. Gal. tamen in Isagoge sua aliter docuit fieri ἐμφύσημα, cum repente tumefactus oculus majorem contraxerit pallorem et inflammationem. Fierique in senibus plerumque, et æstate. Et hæc Græcorum Medicis ἐμφυσήματα sunt non Inflationes simpliciter, sed Oculorum tumores, qua ratione illi docent, facti. Ideoque nos oculorum tumoribus similes excrescentias diximus. Hæc ille: quibus hoc unum addo, ἐμφυσήματα et ἐμπνευματώσεις magnam inter se affinitatem posse habere, inde mihi fieri verisimile, quod φυσῶδες et πνευματικὸν aliquot in ll. copulata reperiam. Sed de hujus vocis ἐμφύσημα ap. Medicos usu, latius Gorr. scribit, cujus hæc sunt verba, Ἐμφύσημα, Inflatio: est spiritus flatuosi collectio in inanibus corporum spatiis. Ejus principium, inquit Gal., male concoctus cibus est, a calore videlicet debili, et a quo flatus excitati resolvi nequeunt. Hi quidem collecti alias sub cute, alias sub membranis quæ ossibus circumdantur, aut musculos viscerumve aliquod includunt, ἐμφύσημα generant. Colligitur vero non parum aliquando etiam in ventriculo et intestinis, itemque in medio spatio horum et peritonæi. Gal. duabus differentiis omnem inflationem complexus est; aut enim in majoribus cavitatibus continetur, aut in minimis spatiis, quæ non licet sensibus usurpare, sed sola ratione comprehendi possunt. Cujus generis tumores, ut scribit, aliquando extitere, quibus dissectis nullum pus inventum est, sed spiritus tantum, qui per totam carnem minimis portionibus disseminatus esset. Ceterum differt inflatio ab œdemate, quod et pressa digitis non retinet vestigium, et sonitum veluti tympanum reddit, itemque quod in cavitate sensibili subinde continetur, atque hac nonnunquam maxima. Hæc affectio non solum ἐμφύσημα, sed etiam ἐμπνευμάτωσις et πνευμάτωσις dicitur. Hæc enim nomina Medicos confudisse apparet, neque rationem habuisse in majoribusne an minimis spatiis spiritus conclusus esset, ut illud, ἐμφύσημα, hoc vero, ἐμπνευμάτωσιν appellarent. Quæ enim in ventriculo et intestinis et medio eorum et peritonæi spatio nascitur, eam Gal. 14 Meth. Med. ἐμφύσημα vocat: eandemque ἐμπνευμάτωσιν appellat postremo l. de Sympt. Causis. Cum autem ἐμφύσημα, omnium partium communis affectio sit, in oculo tamen proprie dicitur cum ille absque manifesta causa intumescens, decoloratior, pituitosior et multum pruriginosus fit cum fluxione, ut Aëtius e Demosth. recitat. Contingit autem, ut idem ait, plerumque senioribus, pruritu ab angulo qui ad nasum est incipiente, velut si quis a musca aut culice sit commorsus: estque hæc affectio per æstatem frequens. Hæc ille: in quibus obiter observanda tibi est etiam NOMINUM Πνεύματωσις ET Ἐμπνευμάτωσις signif. "Ἐμφύσησις, "Inflatio, Inspiratio, vel q. d. Insufflatio." ["Flatus ventris, Athen. 32." Schw. Mss. *"Ἐμφυσητέον, Geop. 16, 6." Kall. Mss. *Ἐμφυσητής, Gl. Inflator. *Ἀντεμφυσάω, unde *Ἀντεμφύσησις, Theod. Prodr. 282.]

Ἐπιφυσάω, Inflo. In VV. LL. redditur etiam Intumesco, afferturque ex Aristoph. Πλ. (699.) ἡ γαστὴρ γὰρ ἐπεφύσητό μοι, pro Venter intumescebat flatibus. Sed hic gravis ac crassus est commissus error, cum ἐπεφύσητο sit præt. plusquamperf. verbi Φυσῶμαι, non verbi Ἐπιφυσῶμαι: ab hoc enim dici deberet ἐπιπεφύσητο, aut certe magis regulariter, sed non sine A cacophonia, ἐπεπεφύσητο. Quod si etiam daremus ἐπεφύσητο inde esse, non posset activa vox ἐπιφυσᾷν passivæ significationem accipere et poni pro Intumesco. Omitto et alium errorem, sc. quod ἐπεφύσητο significare non potest Intumescebat, (pro eo enim diceretur ἐπεφυσᾶτο,) sed tantum Intumuerat: nisi præteriti imperfecti signif. cum signif. præteriti plusquamperf. confundere libeat. ["T. H. ad Plutum p. 232." Schæf. Mss.]

"Καταφυσάω, Flatu effundo in, Flando perfundo, "Perspuo. Aristot. H. A. 9. Καταφυσῶσιν οἴνῳ γλυ- "κεῖ τὸ σμῆνος οἱ μελιτουργοὶ ὅταν τοῦτο αἴσθωνται." [Respuo, Explodo, Epiphan. 1, 235.]

[* "Παραφυσάω, Flando transversum ago, Clem. Alex. 88." Kall. Mss.] "Παρφυσίδες, Hes. βάτραχοι, "ut qui sint φυσίγναθοι."

[* Περιφυσάω, Schol. Aristoph. Λ. 323, exponens vocab. * Περιφύσητος, quod ap. ipsum Aristoph. legitur.]

[* Προσφυσάω, Gl. Afflo, Polyb. 11, 5, 4. Καινοποιούμενος (ὁ πόλεμος) καὶ προσφυσώμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνέμων, ὑπὸ τῆς τῶν πλησιαζόντων ἀγνοίας.]

Συμφυσάω, Una sufflo, inflo. Item metaphorice pro Conspiro, si Budæo credimus. Postquam enim συμπνεῖν dixit esse Conspirare, pro Conjurare, et unanimiter quidpiam aggredi: addit id vocari etiam συμφυσᾷν, ab jugo boum significatione tracta. Affertque e Plat. de LL. 4. (p. 170.) Τὸ δ' αὖ παντοδαπὸν ἐς ταυτὸ συνερρύηκὸς γένος, ὑπακοῦσαι μέν τινων νόμων κακῶν τάχ' ἂν ἐθελήσειε μᾶλλον· τὸ δὲ συμπνεῦσαι, καὶ καθάπερ ἱππέων ζεῦγος, καθ' ἕνα εἰς ταυτὸ, τὰ λεγόμενον, συμφυσῆσαι, χρόνου πολλοῦ, καὶ παγχάλεπον. "Συμφυσώμενα, Schol. Aristoph. (Ἱππ. 468.) "exp. κατασκευαζόμενα, VV. LL." [Plut. Sertorio 17. de veuto cæcia, Ἐξ ὑγρῶν πεδίων καὶ νιφοβόλων συμφυσώμενος ὀρῶν, Collectus efflat.]

[* "Ὑποφυσάω, Subinflo, Philo J. 1, 339. Etym. M. 818." Wakef. Mss.]

Hactenus quæ a Φυσάω sunt derivata. Sciendum est autem dici etiam Φυσάω, et Φυσιόω: sed illud quidem PRIUS Φυσόω rarius est, ac fortasse metaphoricum duntaxat usum habet, pro Inflo, i. e. Superbum reddo. Nam pass. Φυσοῦμαι itidem invenitur pro Inflor, Intumesco, Efferor, Superbus reddor. ["Lobeck. Aj. p. 383. *Ἐκφυσόω, ad Lucian. 1, 232. Jacobs. Anth. 10, 189." Schæf. Mss.] Unde etiam COMP. Ὑπερφυσόομαι, quo utitur Basil. Hom. 10. Μὴ ὑπερφυσοῦ ἐπαινούμενος, μὴ δόξαζε σεαυτόν. Est autem ὑπερφυσοῦμαι, Supra modum inflor et efferor, vel Immodice. Nisi quis malit, Inflor supra quam dici possit: ne quis hoc ita dici existimet, quasi nobis inflari liceat, sed intra modum. In VV. LL. EST Ὑπερφυσάω, quod redditur Supra modum inflatus sum. Sed duplex error eo in verbo committitur; unus, quod voci activæ datur passivæ signif., quem errorem Eadem et in Ἐπιφυσάω committere, paulo ante admonui; alter, quod secunda conjugatio circumfl. pro tertia ponitur. ["Ὑπερφυσάω, Lucian. 1, 516." Schæf. Mss. * "Φυσσύομαι, Inflor, Suid. v. Ἀσκὸς ἐν πάχνῃ." Schleusn. Mss.]

At vero illud POSTERIUS Φυσιόω, frequentius quidem est, sed peculiarem usum, ap. Poëtas præsertim, habet, eum sc. quem damus nostrati verbo Souffler, (quod alioqui primam propriamque verbi φυσᾷν signif. obtinet,) cum dicitur de anhelante; atque adeo redditur hoc ipso verbo neutro Anhelo: ut ap. Hom. ἵππους φυσιώοντας, Equos anhelantes: Il. Δ. (227.) Καὶ τοὺς μὲν θεράπων ἀπάνευθ' ἔχε φυσιώοντας Εὐρυμέδων. Sic Π. (506.) Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιώοντας, Ἱεμένους φοβέεσθαι, ubi Eust. exp. πνευστιῶντας: et addit, hoc verbum, si assumeret μέγα, aut μεγάλα, non longe abfuturum a μεγάλα στενάχοντας. In illo autem altero loco, postquam dixit φυσιώοντας i. valere q. πνευστιῶντας, affert et aliam exp., sc. φρυαττομένους. Quin etiam tertiam, e veteribus, ἀσθμαίνοντας, et πνεῦμα ἠρεθισμένους. Sed non video cur hanc tertiam exp. ἀσθμαίνοντας, ab illa prima quæ πνευστιῶντας habet, separare debuerit. Ac fortasse ne sine ratione separari videretur, addidit illa verba,

καὶ πνεῦμα ἠρεθισμένους. Apud Soph. certe Ant. (1254.) p. 264. meæ Ed. φυσιῶν itidem pro Anhelans. At vero ap. Opp. φυσιόωσα ἔχις redditur Tumens, Turgens, Inflata: [cf. K. 2, 245.] Quidam interpr. et Sibilantem, sicut sc. ἐκφύσημα dictum est reddi etiam Sibilum venti. Sed invenitur φυσιῶ et pro Tumere, s. Turgere, quod de superbientibus dicitur. Naumachius (63.) ita utitur ap. Stob.: item Greg. Naz. Carm. Οἱ θανάτῳ ζώοντες ἐτώσια φυσιώωμεν. Ubi ἐτώσια φυσιώωμεν putem apte simul et ad verbum reddi posse e Virg. (Æn. 11, 854.) Vana tumemus. Antequam autem ab iis verbi φυσιῶ signiff. discedam, in quibus neutraliter ponitur, dicendum est de φυσιῶν, quod Hes. exp. γάστρων, et παχύς. Si enim ibi pro φυσιῶν reponi non debet φύσκων, (cujus meæ conjecturæ supra in Φύσκων mentionem feci,) fuerit φυσιοῦν ita dictum de homine obeso et ventricoso ut dicimus illum Souffler; veluti cum ita loquimur, Comme ce gros ventru souffle! ubi observa etiam vocem Ventru, quæ omnino illi γάστρων respondet. Atque ita φυσιοῦν neutraliter positum duos habebit Gallici Souffler usus. In soluta autem oratione Φυσιῶ, metophoricum verbi Inflo usum habet; ponitur enim pro Inflo, quod signif. Superbum reddo, Facio ut quis se efferat, Spiritus affero, ut Cic. loquitur. Estque ita usus Paulus 1 ad Corinth. 8, (1.) Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Est alioqui frequentior vox PASSIVA Φυσιοῦμαι, posita itidem pro Inflor, metaphoricam signif. habente, i. e. significante Superbio: quo verbo, et ejus participio πεφυσιωμένος, Paulus usus est cum alibi, tum Epist. ad Cor. 4. ter. Hes. φυσιούμεθα exp. ἐπαιρόμεθα, et τυφούμεθα. ["Abresch. Æsch. 2, 95. Lobeck. Aj. p. 383. Tzetz. Exeg. in Il. p. 61, 11. Bergler. ad Alciphr. 410." Schæf. Mss. "Opp. K. 1, 262." Wakef. Mss. "Φυσιοῦσθαι ὑπὸ δαιμόνων, A dæmonibus agitari, Theoph. ad Autol. 2, 10. ubi est i. q. ἐμπνεῖσθαι." Schleusn. Mss. Valck. Schol. in N. T. 2, 174.] Φυσίωσις, ἡ, Inflatio, Tumor animi, Tumens animus, Superbia, Arrogantia. Greg. Naz. Διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου φυσίωσιν. Usus est plurali φυσιώσεις Paulus 2 ad Cor. 12, (20.) quem rarum alioqui esse puto. Hesychio φυσίωσις est ἔπαρσις et ὑψηλοφροσύνη. [Aretæus p. 114.] Habet Φυσιόω et COMP. Ἀναφυσιόω, (sicut e φυσάω fit ἀναφυσάω,) quod itidem exp. Anhelo. Hesiod. (Ἀ. 211.) δοιοὶ δ' ἀναφυσιώωντες Ἀργύρεοι δελφῖνες. Affertur et ex Apoll. Rh. 2, (431.) ἄσπετον ἐκ καμάτοιο Ἄσθμ' ἀναφυσιόων, pro Anhelitum ducens. "Ionicum vero est hoc ἀναφυσιόω pro ἀνα-"φυσιάω s. ἀναφυσιῶ, ut ὁρόω pro ὁράω s. ὁρῶ." [*"Ἐκφυσιόω, Euseb. H. E. 180." Kall. Mss.] Est et aliud COMP. Ἐμφυσιοῦμαι, significans, sicut et simplex φυσιοῦμαι, Inflor, Tumeo, Superbio. Unde præt. temp. PARTIC. Ἐμπεφυσιωμένος, Inflatus, Factus superbus. ["Act. Ἐμφυσιόω, Inflo, in bonam partem accipit Clem. Alex. 763(=897.)" Kall. Mss. Schleusn. Lex. V. T. *Συμφυσιόω, Epiphan. 1, 889.]

Superest ut de NOMINE Φυσιασμὸς dicam, quod deductionem habet tanquam A Φυσιάω, non tanquam a Φυσιόω. Est autem φυσιασμὸς, Ipsa flandi s. efflandi actio, q. d. Flatio, Efflatio. Redditur alioqui nomine Flatus. Aristot. Probl. 11, 41. Ἡ ὅτι ὁ φυσιασμὸς, ψόφος τις ἐστίν. Sed in alio ejusd. operis loco, (34, 7.) LEGITUR Φυσασμὸς, quem ἀπὸ τοῦ ἀασμοῦ differre scribit. ["Φυσιάω, Heyn. Hom. 4, 600. Abresch. Æsch. 2, 5. Valck. Phœn. p. 39. ad Lucian. 1, 515." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 82. Æsch. Eum. 248. *Φυσίαμα, 53. *Ἐκφυσιάω, Ag. 1398=1360.]

"ΠΟΙΦΥΣΣΩ, f. ξω, Spiro, Flatum emitto, Nicander Θ. 180. de aspide, ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλα-"ται αὐχὴν Ἄκριτα ποιφύσσοντος, i. e. φυσῶντος. Sic "Euphorion, ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος, pro πνεύ-"σαντος. Ponitur etiam ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, veluti ap. "Sophronem Mimis," [Athen. 324.] "παιδικὰ ποιφύ-"ξεις. Hæc Schol. Nicandri: cui assentitur et Hes., "ut qui ποιφύσσειν esse tradat non solum τὸ πνεῖν, "sed etiam τὸ φοβεῖν s. ἐκφοβεῖν, Terrere, Exterre-"facere. Verum proprie esse volunt Terrere flatu "vehementer emisso, ut idem rursum Nicandri Scho-"liastes ADV. Ποιφύγδην exp. *φυσητικῶς καὶ μεθ' "ὁρμῆς ἐκφοβῶν, in h. l. Θ. (371.) ἐν δὲ κελεύθοις "Γλώσσῃ ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὄγμους: ubi "interpretari queas Terrifico cum flatu. VERBALE "Ποίφυγμα, quidam esse dicunt Vehementem spiri-"tus emissionem, s. Stlopum: Hesych. vero σχῆμα "ὀρχηστικόν. Meminit ejus Suid. quoque, sed "non exp.: meminit et verbi ποιφύσσειν, interpretans "ipsum σφοδρῶς καὶ μετὰ ἤχου τὴν πνοὴν ἐκπέμπειν, "Vehementer et cum sonitu quodam flatum emit-"tere: cujus hoc exemplum subjungit ex Epigr. "ubi delphin ait, Οὐ δὲ παρὰ σκαρθμοῖσι νεὼς περι-"καλλέα χείλη Ποιφύσσω τάμὰ, τερπόμενος προτομᾷ. "Idem ποιφύξαι exp. etiam φυγεῖν, Fugere." ["Ποίφυγμα, a ποιφύσσω, Violenter expiro, quæ vox formatur, ni fallor, a sono ποιφ (Anglice Puff) quem explosæ buccæ edunt. Minus recte Eust. ducit a φυσσάω. Verbum exquisitum est; ideoque ab Æschylo, Sophrone, Euphorione, Nicandro, Lycophrone (199.) talium vocum sectatoribus, usurpatum. Utitur Anyte ap. Suid. in voce, de delphine, περικαλλέα χείλη Ποιφύξω." Blomf. Gloss. in Æsch. S. c. Th. 266. "Ποιφύσσω, Jacobs. Anth. 6, 429. Wakef. Georg. p. 116. Toup. Opusc. 1, 375." Schæf. Mss. "Palpito, Opp. K. 2, 250. (Λείψανα ποιφύσσοντα, παιφάσσοντα Schn., καὶ ἀσπαίροντα φόνοισι.)" Wakef. Mss. *Ποίφυξις, Schn. Lex. ἁμαρτύρως.]

ΦΥΩ, F. σω, Pr. κα, Gigno, Produco, Edo. Quibus possumus et reliqua addere quæ de terra dicuntur. A Græcis enim ἡ γῆ dicitur φύειν, ut Lat. Gignere, Producere, Edere, Creare, Parere, Proferre, Emittere. Nec vero desunt Græcis alia plurima verba quæ itidem synonyma sint, sed hoc omnium maxime censetur esse proprium. Xen. K. Π. 8, (7, 3.) Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῆ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; Arbor aut potius arboris radix dicitur itidem φύειν folia et frondes. Ad quam signif. pertinet quod legitur Il. A. 234. et 235. de sceptro, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. Quin etiam caput aut ipse homo dicitur φύειν τρίχας: unde comp. τριχοφυεῖν. ["Similiter Herod. 2, 68. de crocodilo, ait, Γλῶσσαν οὐκ ἔφυσε, Linguam non nactus est, Lingua caret: de populo Atheniensi, (5, 91.) δόξαν φύσας, Famam nactus: φύειν φρένας, Soph. Œd. C. 804. El. 1463. Prudentiam nancisci, Incipere sapere, ubi φύειν per κτήσασθαι exp. Glossator." Schw. Mss.] Aristot. de Gen. Anim. 5. Καὶ τὰς ὑστερογενεῖς τρίχας ἢ οὐ φύουσιν, ἢ ἀποβάλλουσιν, ἐὰν τύχωσιν ἔχοντες, οἱ εὐνοῦχοι, πλὴν τῆς ἥβης· καὶ γὰρ αἱ γυναῖκες τὰς μὲν οὐκ ἔχουσι, τὰς δ' ἐπὶ τῇ ἥβῃ φύουσι. Secus autem ap. Hom. Il. K. φάρμακον dicitur φύειν τρίχας. Eodemque modo dicunt aliquem φύειν πώγωνα et πολιάς: ut cum ap. Lucian. (1, 206.) ita compellatur Cupido, Ἢ διότι μὴ πώγωνα μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ τοῦτο βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι; Dicitur etiam ὀδόντας φύειν: unde comp. ὀδοντοφυεῖν, ut τριχοφυεῖν. Denique et pater dicitur φύειν filium. Soph. (Aj. 516.) ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με Καθεῖλε. Lesbonax, Δίκαιον δὲ τοὺς παῖδας, ἐπειδή περ ἐφύσατε, ἐκθρέψαι. Synes., Νόννου τοῦ Σωσηνᾶν φύσαντος. Sed et ὁ φύσας ap. utrosque Scriptt. dicitur sine adjectione, ut Lat. Genitor, pro Patre: sicut ἡ τεκοῦσα, passim nobis occurrit pro Genitrice, s. Matre, cum ad verbum sonet ἡ τεκοῦσα, Quæ peperit. Aristoph. Σφ. (1464.) βουλόμενος Τοὺς φύσαντας σεμνοτέροις κατακοσμῆσαι πράγμασιν. Apud Lys. ἡ τεκοῦσα et ὁ φύσας, Mater et Pater: (349.) Εἰ μέν τίς σ' εἴπῃ πατραλοίαν ἢ μητραλοίαν, ἠξίουν ἂν αὐτὸν ὀφλεῖν σοι δίκην· εἰ δέ τις εἴποι ὡς τὴν τεκοῦσαν ἢ τὸν φύσαντα ἔτυπτες, κ. τ. λ.

Φύω neutraliter positum, Nascor. Hom. Il. Z. 149. Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἣ μὲν φύει, ἣ δ' ἀπολήγει. At in versu proxime præcedente usurparat φύειν activa voce, Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη

Τηλεθόωσα φύει. Sed in soluta oratione rarum, vel potius rarissimum, esse puto præsentis in hac signif. usum. Ac potius ibi legitur PRÆT. Πέφυκα, itidem pro Natus sum. Eur. init. Or. Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος. E Plat. Apol. (23.) Ἐξ ἀνθρώπων πέφυκα. Sic e Greg. Naz. Ἐκ τοῦ υἱοῦ πεφυκὼς, E filio natus. Sed affertur et πεφυκεν ἐκ τοῦ δέρματος ex Aristot. H. A. 2. redditum per præsens, E cute oritur. At suspectum mihi est quod ex eod. Plat. habent VV. LL. Ὑπὸ δρυὸς πέφυκα. Nec minor est usus, nisi me memoria fallit, AOR. 2. Ἔφυν: quod est tanquam a THEMATE Φῦμι. Xen. K. Π. 2, (1, 6.) Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ καὶ ἐτράφητε: ubi observa ἔφυτε καὶ ἐτράφητε, ut supra φύειν et τρέφειν. Apud Eund. INFIN. Φῦναι, cum alibi, tum K. Π. init. Φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ᾀδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων εἶδος μὲν κάλλιστος κ. τ. λ.: K. Π. 5, (1, 3.) φυναι et γενέσθαι copulat: Μήπω φῦναι μηδὲ γενέσθαι γυναῖκα. Et cum præp. ἐκ, habente suum gen. (Ἀπ. 2, 3, 4.) Πρὸς φιλίαν μέγα ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φῦναι. Sic Ἐξ ἧς ἔφυσαν ap. Isocr. Annotant VV. LL. accipi φῦναι et pro Insitum a natura esse, Coalescere. Et legi etiam φύναι priore brevi ap. Aristoph. Talis est usus et PARTICIPII Φὺς, φύντος, ut φὺς ἀγαθῶν πατέρων, quod e Plat. affertur, pro Bonis parentibus ortus. Sed fortasse φύντες scr. est, nisi πατέρων aliter accipiatur, sc. pro Majoribus. Ubi observa omissam præp. ἐκ, quam adhibuit Xen. in l. quem modo protuli. Dem. (280.) Ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχών, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. Sic et cum aliis plerisque subst. junctum reperitur.

Ut autem ad PRÆT. Πέφυκα revertar, varium usum habere sciendum est: in quo declarando ordinem aliquem servare conabor. Πέφυκα τοιοῦτος, Natus sum talis, A natura sum talis, vel certe, Natura sum talis, modo non intelligatur pro Sum tali natura. Xen. (Œc. 10, 2.) Ὑποδήματα ἔχουσα ὑψηλὰ, ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐπέφυκει. Interdum πέφυκα, Natura comparatus sum, cum infin. Aristot. de Mundo, Τὰ δὲ πλανητὰ ὄντα, οὔτε τοῖς προτέροις κινεῖσθαι πέφυκεν ὁμοιοταχῶς, οὔτε ἀλλήλοις, Natura comparata sunt moveri, Naturæ vi comparatum est ut moveantur, nec, etc. Vel, A natura hoc habent ut, etc. Idem Aristot. de Gener. Anim. 4. de imperfectis partubus loquens, Εὑρίσκεται δὲ καὶ χολὴν οὐκ ἔχοντα, πεφυκότα ἔχειν, Cum sua natura habere soleant, Cum natura eorum poscat ut habeant. Herodian. 4, (9, 4.) Πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες, Suapte natura sunt dicaces. Thuc. (3, 45.) Πεφύκασι τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, Ita comparatum est ut etc. Natura ingenitum est vel insitum ut etc. Vel, Suapte natura solent omnes peccare. Interdum vero πέφυκε cum infin. redditur simpliciter Solet. Sic ap. Plat., Πεφύκασι ποιεῖν, Solent facere, Consueverunt facere. Talis est Isocratis ad Philippum locus, Ἀλλὰ γὰρ πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Sæpe etiam adverbio jungitur πέφυκα, ut Dem. Οὕτω ταῦτα πέφυκε, Sic natura comparata sunt hæc. Apud Eund. Ὡς πέφυκα ζῶ, Ut fert natura mea, ingenium meum, Καταφρονούμενος τῷ ἁπλῶς καὶ ὡς πέφυκα ζῆν: (1122.) Τοῖς ἁπλῶς ὡς πεφύκασι βαδίζουσι. Nisi forte et hic ponenda est copula καὶ ante ὡς. At ex Æschine affertur, Πῶς πέφυκε; pro Quo est ingenio? Et aliunde, Οὕτω πέφυκα, pro Hoc sum ingenio, His moribus præditus sum, Sic s. Ita sum. Apud Herodian. autem, 7, (1, 25.) Εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχὴν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν, Quæ jam antea talis suapte natura erat. Ex Aristot. autem affertur Ἡι πέφυκε pro Qua fert natura. Πέφυκε a Bud. redditur etiam, Natura prædita sunt, Constitutione a natura prædita sunt, Aptitudine nativa sunt; et subjungitur hic Aristot. locus ex Eth. 1. Τὰ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε μάλιστα κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τέχνην, καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην, Quæ natura prædita sunt, quammaxime fieri potest optima constitutione prædita sunt. Nonnunquam dicitur εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο, pro Ingenio sum

A ad hanc rem apto, Sum natura apta ad hanc rem, Natura sum aptus ad hanc rem. Sic dicitur aliquis εὖ πεφυκέναι aut φῦναι πρὸς τοὺς λόγους, aut etiam ἄριστα πεφυκέναι, s. φυναι, ut ap. Plut. (Cæs. 3.) Λέγεται δὲ πρὸς πολιτικοὺς λόγους φῦναι Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν. Hujusmodi autem in Il. uti possumus voce Natus, quæ Græcæ respondet. Ita enim Cic. pro Corn. Balbo, Ad dicendi singularem quandam facultatem natus Crassus. Apud Eund. Vir ad dignitatem et gloriam natus, Item, Natus ad honestatem, Item, Ad bella natus. Cui simile ap. Ovid. Ad arma natus. Dixit vero Idem Ad furta natus. Sed Cic. alicubi dixit Natus et aptus. Terent. addidit ablat. Ingenio, At ego profecto ingenio egregie ad miseriam natus sum. Ceterum Bud. εὖ πεφυκὼς reddit Ingeniosus, Ingenio præditus, Commoda constitutione corporis natus: subjungens hunc Xenophontis locum, ex Ἀπ. 4, (1, 2.) Φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος.

B Sed ego non video quomodo illa duo, Ingeniosus, Ingenio præditus, convenire isti loco possint, cum non dicatur simpliciter εὖ πεφυκότων τὰς ψυχὰς, sed cum adjunctione. Quod autem ad illam interpr. attinet, Commoda corporis constitutione natus, ea certe verba non tam late patent quam εὖ πεφυκώς: ideoque iis respondere non possunt, nisi habentibus adjunctum accus. τὸ σῶμα: adeo etiam ut non utrique loci illius parti, sed priori duntaxat convenire queant. Vicissim autem afferre interpretationem possim quæ posteriori, sed non item priori, conveniat. Nam εὖ πεφυκὼς πρὸς ἀρετὴν, reddi apte potest, Cui præclara s. mirifica est virtutis indoles, Cui præclara est ad virtutem indoles. Aut etiam, Bona indole præditus. Verum si afferenda est quæ utrique parti conveniat interpr., nulla mihi in præsentia succurrit commodior, quam per illam vocem Natus, ut sc. οἱ τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότες dicantur, Quorum animi ad virtutem nati sunt: vicissimque, οἱ τὰ σώματα πρὸς ὥραν εὖ πεφυκότες, Quorum cor-

C pora ad pulcritudinem nata sunt. Neque vero de particula εὖ laborandum est, quippe quæ quodammodo sub illa voce Natus includatur. Invenitur πέφυκα et cum μᾶλλον, sequente πρὸς, Aristot. Eth. 2. cap. pen. Αὐτοὶ δὲ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς· διὸ εὐκατάφοροί ἐσμεν πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα: subaudiendo μᾶλλον, nisi forte a librario omissum sit. Ubi puto reddi posse, Inclinatione naturæ ferimur potius ad voluptates. Vel, Natura magis propensi sumus ad voluptates. Vel, Ingenium nostrum magis proclive est ad voluptates. Aut, Natura magis cupidi voluptatum sumus. Sic et in præcedente membro dixerat, Πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως. Sed malit fortasse quispiam simplicius interpretari πεφύκαμεν, tanquam idem cum εὐκατάφοροί ἐσμεν. Nam ut h. l. videmus post πεφύκαμεν poni εὐκατάφοροί ἐσμεν, sic et in capite sequente scribit, Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. Verum utrumque idem omnino valere nequaquam existimo,

D ideoque a meis illis interprr. non discedo. Addoque insuper, πέφυκα πρὸς τοῦτο alicubi reddi posse, (non secus ac εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο,) Natura sum habilis ad hoc, vel aptus. Sive, Natura mihi est habilis ad hoc. Aut etiam simpliciter, Habilis sum ad hoc. Ceterum ut εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο habuimus in exemplis præcedentibus, sic εὖ πέφυκα κατὰ τοῦτο, e Dem. afferri sciendum est, (982.) Ἐγὼ γὰρ οὐχὶ λέληθα ἐμαυτὸν, οὐδὲ ἀγνοῶ, οὐ τῶν εὖ πεφυκότων κατὰ ταῦτα ὧν ἀνθρώπων, Eorum qui natura apti sunt ad hoc. Sed fortasse pro κατὰ reponi debet πρός. Interdum cum πέφυκε additur dat. φύσει, aut accus. φύσιν, præfixa præp. κατὰ, sed tunc aut vacant adjuncta hæc nomina, otiosaque sunt, aut πέφυκε vim suam non retinet, sed ponitur simpliciter pro ἐστί. Philemon, Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα, Αὐτοὶ δι' αὐτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει: quos versus, una cum iis qui ibi sequuntur, ita reddidi, (in libello quem edidi, inscriptum, Comicorum Græcorum Γνῶμαι,) Graviora quam suapte natura forent, O here, sibimet

plurimi reddunt mala. At πέφυκε sequente itidem κατα φυσιν, habetur in h. l., quem sine Auctoris nomine afferunt VV. LL., Πέφυκε τοῦτο ἡμῖν κατὰ φυσιν, Id nobis inest natura. Ibid. affertur ex Alex. Aphr. Ἀληθὲς τοῦτο πέφυκέ: et redditur, Verum hoc est, tanquam sc. πέφυκε posito simpliciter pro ἐστί.

Πέφυκα, Hæreo, Adhæresco. Bud. ex Aristot. H. A. 5. Φύεται ἐξ αὐτῆς ὥσπερ φυκία μικρὰ σφόδρα καὶ ἐρυθρά· ταῦτα δὲ χρόνον τινὰ φέρεται πεφυκότα, ἔπειτα ἀποραγέντων φέρονται κατὰ τὸ ὕδωρ αἱ καλούμεναι ἀσκαρίδες. Et VV. LL. ex Eod. Πέφυκε εκ τοῦ ομφαλοῦ, pro Hæret et continetur ex umbilico. Item e Gal. Πεφυκὼς ὑμῖν τῷ κεραταοειδεῖ, Membrana quæ cornea inhæret. De hoc autem usu hujus præteriti dicam et in Ἐμφύω, ubi sc. agam de Homerico φύ, habente præfixam præp. ἐν, sed cum hyperbato. Hinc enim sumtam esse istam præteriti πέφυκα signif. suspicor.

Post Πέφυκα, eadem opera et de ADV. Πεφυκότως dicendum censeo, nec non de Poetico verbo Πεφύω. Ad πεφυκότως igitur quod attinet, sequitur eam præteriti πέφυκε signif. qua sonat, Natura coniparatum est. Nam πεφυκότως Bud. Aristoteli significare ait, Ut natura comparatum est, Ut fert natura. Pro quo dici etiam possit ὡς πέφυκε: [Aristot. Rhet. 3, 2. Δει λανθάνειν ποιοῦντας καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως.] Illud autem VERBUM Πεφύω, Poeticum est, uti dixi, ex illo ipso præt. πέφυκα factum, sicut sc. ex præt. πέφυγα reducto ad præsens, FIT Πεφύγω. Hesiod. Ἔργ. (Γ, 148.) χεῖρες ἀπποτ' Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσι, ubi quidam interpr. Nascebantur: alii Natæ erant: nonnulli, Manabant. Tzetzes exp. δίκην δένδρων ἐφύοντο: addens, hoc verbo ἐπέφυκον ostendi πελώριόν τι καὶ γιγαντόσωμον. [" Heyn. ad Hesiod. 147. Wolf., Valck. ad Theocr. x. Id. p. 7. Harles. ad Eund. p. 86. Koen. ad Greg. Cor. 82(=190.)" Schæf. Mss.]

Itidem præt. MEDIUM Πέφυα Poetis in usu est. Hujus certe tertia persona plur. πεφύασι ap. Hom. extat, Il. Δ. (484.) Ἦ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει Λείη, ἀτὰρ τε οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι: ubi Eust. exp. ἐκ φύσεως εἰσι, και ουκ ἐξ επιμελείας τινός. Quidam interpr. Enati sunt: alii, Creverunt. Sed rectius Eust. exp. per præsens, possetque fortassis et simpliciter exponi verbo εἰσί, ut videmus Hes. πεφύκαμεν exponere ἐσμὲν, υπάρχομεν, itidemque πεφυκώς, υπάρχων. Sed hoc sciendum est, quod ad formationem hujus præteriti πέφυα attinet, Eust., cum uno in loco, ubi de comp. ἐμπέφυνῖα agit, dicat πέφυα medium esse præt., sicut ἀκήκοα, illud πεφύασι tamen Ionicæ linguæ adscribere: Ὅρα δὲ, inquit, και οτι ενταῦθα Ἰωνικῶς τε ἔφρασεν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ πεφύασι, καὶ κοινότερον ἐν τῷ πεφύκει. Utut sit, hinc est PARTICIP. Πεφυὼς, ῶτος, ὁ, eund. habens usum quem et πεφυκώς.

PASS. Φύομαι, Nascor, Enascor, Orior, Exorior: Τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, Xen. Quæ nascuntur e terra, terra producit: K. II. 8, (8, 7.) Ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμει οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον. Itidem e Diosc. affertur τὰ φυόμενα pro Pullulantia, Stirpes, Plantæ. Metaphorice quoque κίνδυνος dicitur φύεσθαι, item κακὸν ap. Dem., ut si dicas Latine Periculum vel Malum aliquod nasci. Ita enim ille in Epitaphio, (si modo is censendus est hujus Auctor,) 1394. Εἴ τις ἐφύετο κοινὸς πᾶσι κίνδυνος τοῖς Ἕλλησι: (271.) Ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει καὶ ἔτι ἀγνοίᾳ τοῦ συνισταμένου καὶ φυομένου κακοῦ τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων ὄντων. Sic φυόμενον πρᾶγμα dixit Xen. Ἑλλ. 5, (2, 12.) Ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, οἰόμεθα λανθάνειν ὑμᾶς πρᾶγμα φυόμενον ἐν τῇ Ἑλλάδι, Rem nuper natam, Bud. Quidam interpr. etiam, Rem quæ nuper accidit.

[" Φύω, ad Charit. 761. Wakef. Ion. 2. 1153. Trach. 81. Jacobs. Anim. 202. Villois. ad Long. 231. Theocr. 4, 24. Casaub. ad Athen. 126. Toup. ad Longin. 274. Opusc. 1, 406. Brunck. Aj. 1077. Valck. Phœn. p. 6. Anim. ad Ammon. 88. Nascor, Hevn. Hom. 5, 216. Bast Lettre 156. (l. φυσαν:) Clark. ad Il. Z. 146. Moschus 3, 108. De matre, Porson. Phœn. 34. Conf. c. φυτευω, Schneid. ad Xen. Œc. 44. De quant., Passow ad Musæum p. 86. De aor. 1. et 2., ad Charit. 761. 786. Musgr. Tro. 765. Jacobs. Anth. 12, 237. Φύειν φρένας, Lobeck. Aj. p. 388.: γλῶσσαν, ibid. Μὴ φυῇ, Theocr. 15, 94. vertunt, Ne oriatur: v. Valck. p. 386. (Buttm. A. Gr. 1, 339.) Ἐφύν, πέφυκα, Sum, Jacobs. Anth. 7, 162. Markl. Suppl. 292. Musgr. Hel. 717. Ἔφυ, Orest. 74. (Aristoph. Ἀ. 821.) Ἔφυσαν, Nati sunt, Theocr. 22, 213.: conf. c. ἔφησαν, Schneid. ad Œcon. 44. Φῦναί τινος, ἐκ τινος, ad Charit. 206. Φῦναι, πεφυκέναι, i. q. εἶναι, Valck. Diatr. 41. Φῦναι, φῦσαι conf., Porson. Med. p. 49. Musgr. 597. Μήπω φῦναι μηδὲ γενέσθαι, Plut. 5, 68. Hutt. Φύς, Φύσας, ad Charit. 761. 786. Φὺς, Valck. Diatr. 248. ad Phalar. 213. Supplendum, Musgr. Iph. A. 261. Ion. 116. Οἱ φύντες, Patres, Xen. Eph. 18. Casaub. ad Athen. 1. p. 9. Τὰ φύντα, Nata, Valck. Diatr. 19. Ὁ φύσας, 29. Φύσαντες, φύσας, ad Phœn. p. 15. Pierson. Veris. 133. Πέφυκα, Boiss. Philostr. 564. Πέφυκᾶ, πέφυᾶ, ad Herod. 180. ad Od. I. 141. Wolf. ad Hesiod. p. 122. Πέφυκα cum infin., Jacobs. Anth. 10, 238. Dionys. Ἁ. 5, 39. Heind. ad Plat. Phædr. 330. Πέφυκε et ἐστὶν conf., Schneid. ad Aristot. Ἁ. A. 2, 292. Τοῦτα πέφυκε, Valck. Phœn. p. 338. Πεφύκη, Musgr. Ion. 441. Πεφυκέναι τοῖς πέλᾶς, Heracl. 2. Εὖ πεφυκέναι κατά τινος, Plut. 3, 213. 267. 4, 18. Cor. Πεφυκὼς, Ilgen. ad Hymn. 397. Musgr. Bacch. 894. Ἀπὸ τοῦ πεφυκότος, Thom. M. 92. Ἀνθρώπῳ πεφυκότι, Xen. K. II. p. 4. Schneid. ad p. 234. Ὑπο φηγῳ πεφυκυῖη, Hellen: Siebel. 148. Herod. 2, 56. Ὑπο τῶν πεφυκότων δένδρων, Xen. K. II. 4, 3, 5.: Οὐτῶς οὖν πεφυκότων, Ἑλλ. 7, 1, 7. Πέφυα, Ilgen. ad Hymn. 397. Πεφυὼς, Heyn. Hom. 6, 586. Φύεται, Natum est, Plato Phædro 294. Heind. Φύσει φύεσθαι, Zeun. ad Xen. K. II. 803. Τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα, Boiss. Philostr. 291. Φύσομαι, ad Charit. 580. 749. Rubnk. ad Rutil. p. 95. Φύσεται, Dionys. Ἁ. 3, 1442. Plato de LL. 300. 308. Ast. Ἐφῦντο, Lucian. 3, 605. Φυῆναι, Paus. 3, 299. Furia ad Æsop. p. 67. Lips. Φυεὶς, ad Charit. 752. Valck. Diatr. 262." Schæf. Mss. " Πέφυκα, Πέφυα, Natura comparatus sum, cum inf., Eur. Rhes. 407. Hel. 1004. Opp. Ἀ. 2, 50. Φύεσθαί τινος pro εκ τινος, Philostr. 190." Wakef. Mss. Φύειν φράτορας, Aristoph. B. 418.: πτερὰ, Ὄρν. 106. 785.: ὁ φύσας, Pater, Σφ. 1472. Valck. Schol. in N. T. 1, 416. Φὺν pro φῦναι, in Parmenidis Fragm.: v. Hermann. de Pleonasmo p. 246. " Τον φύντα θρηνεῖν, Nascentem deflere, 3, 10. Pass., Φύσει φύονται οἱ αγαθοὶ, Natura fiunt boni, 1, 10." Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr.: Theophr. Fr. 6, 1, 25. Τοις φυομένοις καὶ τοῖς ζῴοις.]

Φυὴ, ἡ, Natura, ut in hoc dicto, quod e Pind. (Ὀ. 2, 154.) affertur, Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. Est enim φυᾷ dat. Doricus a nomin. itidem DORICÕ Φυὰ, pro Φυή. Hanc autem nominis φυὴ signif. sequuntur quædam compp., ut postea videbis. Apud Hom. tamen est potius Habitus oris, aut Indoles, ut quidem vulgo redditur. Il. B. (58.) μάλιστα δὲ Νέστορι δῖῳ Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυὴν τ' ἄγχιστα ἐοίκει. Ubi Eust. scribit, quosdam per φυὴν intellexisse το ἐξ εἴδους τε καὶ ψυχῆς ἀγαθὸν, quod ab aliis φύσις et ἦθος appellatur. Quibus addit, duplicem esse φυὴν: unam enim circa res externas versari, ut cum dicit idem Poëta Il. A. (115.) Δῆ Briseide, ἐπεὶ οὐ θέμις ἐστὶ χερείων Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὐτ' ἄρ φρένας, οὔτε τι ἔργα. Et esse quandam δεξιότητα corporis, adeo ut hujus nominis φυὴ et nominis κάλλος signif. eodem spectent. Darique φυῇ isti φύσεως etiam appellationem in tragœdia. A φυὴ autem usum istum habente vocari πρόσωπον εὐφυὲς, et μηροῦν εὐφυεῖς. Hanc φυὴν denique alio nomine dici εἶδος, ut in hoc versu, οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἶδεϊ καὶ φρένες ἦσαν. Item in hoc, Οὐνεκα εἶδος μὲν καλὴ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος. Item in hoc senario, qui est Euripideus, si bene memini, Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Quibus subjungit, talem esse τὴν κατὰ σῶμα φυὴν: de qua dictum esse et hoc, φυὴν γε μὲν οὐ κακός ἐστι. Hæc ille: sed ei, quod scribit, φυὴν et εἶδος de re eadem dici, vel ille ipse, in quem hæc annotat locus, opponi posse videtur; si enim εἶδος et φυὴ significatione inter se non differrent, cur ibi Hom. Εἶδός τε μέγεθος τε φυὴν

66—2 8. 68

τε dixisset? Hunc saltem locum debuisse ab illo excipi, non immerito fortasse quispiam dixerit. Sed quod de hoc dictum fuerit, idem profecto de aliis quoque merito dicetur: de aliis inquam, ubi itidem non contentus altero horum, utrumque ponit. Quid igitur φυὴ significat? Mihi certe nullæ aliorum interprr. usquequaque satisfaciunt: quibus φυὴν esse volunt vel Indolem, vel Speciem, vel Venustatem et gratiam, s. Gratiam quandam venustatis comitem: multo autem minus Staturam, et Statum, quæ habentur in VV. LL. Sed existimo φυὴν aptius reddi posse Habitum oris; quamvis enim habitum oris et speciem oris magnam inter se affinitatem habere fatear, sic tamen censeo, proprie habitum oris magis referri ad id, quod nostrate sermone appellamus La contenance, sive potius Le maintien, Le port; at speciem oris, ad id quod dicimus Le trait de visage. Dicunt et Habitum interdum sine illius gen. adjectione, ut Habitum virginalem dixit Cic.: quod φυὴν παρθενικὴν reddi posse existimem, si modo in prosa uti nomine φυὴ liceat, Poetico alioqui potius quam Oratorio. Nec vero illam interpr., qua φυὴ redditur Indoles, rejicio; sed plerisque ll. non perinde convenire puto: ut certe pro Habitu virginali haud scio an itidem Indolem virginalem Cic. dicere potuisset. Hoc addo, quamvis aliquot in ll. Hom. εἶδος et φυὴν conjungat, alterutro non contentus, inveniri tamen alicubi ap. eum φυὴν et εἶδος aperte pro eod. posita, sc. pro Specie oris, s. Forma: forma inquam, ea signif. qua cum adjectione usurpatur. Legitur porro nomen hoc φυὴ et ap. Hesiod. Ἔργ. (1, 128.) ubi de argenteo hominum genere canit, Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα, ubi φυὴν quidam interpr. Indolem, nonnulli Naturam: de qua signif. dictum et supra fuit. Ego malim Speciem oris, aut etiam Staturam. Cui interpretationi assentitur Tzetzes, utpote exponens τὸ μέγεθος et τὴν ἡλικίαν, a metaphora τῶν φυομένων δένδρων καὶ βοτανῶν, inquit. Sed simul et ad speciem oris refert, cum addit, primos illos sæculi aurei homines fuisse μεγάλους τοῖς σώμασιν, et εὐειδεῖς τὴν θέαν: at hos argenteo sæculo natos, fuisse ἥττονας τούτων ἐν ἀμφοτέροις. Sed ap. Lucian. Pythagoras φυὴν fabis etiam tribuit; ita enim ἐν Βίων Πράσει (§. 6.) loquentem illum inducit, Καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσι ἀνδρείοισι μορίοισι ἐμφερέα τὴν φυήν. Ubi vulgatæ interpretationis Auctor φυὴν Naturam significare putavit, Et si fabam adhuc viridem exuas, videbis eam omnino virilibus membris similem naturam habere. Fortasse autem ideo ita reddidit, quod jam dixisset earum θαυμαστὴν εἶναι τὴν φύσιν. Ego tamen ἀνδρείοισι μορίοισι ἐμφερέα τὴν φυὴν non dubito quin potius interpretari oporteat, Virilium membrorum speciem referre, ut perinde sit ac si dixisset, ἀνδρείοις μορίοις s. αἰδοίοις ὁμοίους, quemadmodum loquitur Aristot. ap. Diog. L. Verum ita utentem nomine φυὴ induxisse Pythagoram videri possit Lucianus, jocose potius quam vere: quod tamen in dubio relinquo. Eum certe aliis vocabulis id exprimere potuisse satis constat. [Ad Greg. Cor. 336.: conf. cum φύσις, ibid. Bast. Ep. Cr. 43. "Thom. M. 903. Jacobs. Anth. 6, 209. 244. 12, 16. 351. Coray in Herod. Larcher. 3. p. 522. Heyn. Hom. 4, 674. 6, 612. Bast Lettre 33. Harles. ad Theocr. 361. (22, 160.) Toup. Opusc. 1, 372. Valck. Anim. ad Ammon. 87. 89. 204. Brunck. ad Anacr. p. 117. Ed. 1. Græv. Lectt. Hes. p. 524. ad Herod. 668." Schæf. Mss. Moschus 2, 9. φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες, 36. Τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ, Rosarum germine. I. q. φύσις, Opp. 'A. 1, 639. οἷσί τ' ἀναίμων Ἐστὶ φυὴ μελέων καὶ ἀνόστεος. Pind. 'O. 1, 109. Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν Λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον, Schol. τὴν ἀνθηρὰν ἡλικίαν.]

Hinc COMP. cum alia, de quibus postea dicam, tum Ἀφυὴς et Εὐφυὴς, a quibus sunt adverbia Ἀφυῶς et Εὐφυως, item subst. Ἀφυΐα et Εὐφυΐα. Redditur autem Ἀφυὴς in VV. LL. Inhabilis, Ineptus, Ignavus, Hebes, Rudis, Minime appositus, Illepidus, Qui degeneri est animo, Amens, Ingenio tardus. E quibus interprr. quasdam esse falsas, reliquas non satis vim Græcæ illius vocis exprimere, ex iis, quæ subjungam satis patebit. Ἀφυὴς enim cum ab ea nominis φυὴ signif. sit, qua ponitur pro Natura, non sonat simpliciter Inhabilis ad aliquid, s. Ineptus, sed Qui a natura hoc habet ut sit inhabilis ad aliquid s. ineptus, Qui natura minime est habilis ad aliquid, s. minime aptus, Qui naturam minime ad aliquid habilem habet. Denique cum ἀφυὴς opponatur τῷ εὐφυὴς et τῷ εὖ πεφυκώς, quemadmodum hoc exprimimus participio Natus, dicentes Natus ad eam rem: fortasse ἀφυὴς πρός τι vicissim reddi poterit Minime natus ad aliquam rem. Alia insuper huc pertinentia in Εὐφυὴς dicam: nunc ad exempla venio. Isocr. ad Philipp. Ep. 4. (init.) Οἱ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου σώφρονες καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς ἀφυεῖς παντάπασιν. His autem, qui ab eo vocantur ἀφυεῖς, oppoui possunt οἱ εὐάρμοστον ἔχοντες τὴν φύσιν, ex illo ipso. Subjungit enim, Οὗτος δὲ οὕτως εὐάρμοστον τὴν φύσιν ἔσχεν, ὥστε ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τελειότατος εἶναι. Plato Epist. 7. Οὐκ ἔστιν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύναμιν. E Xen. (K. Π. 1, 6, 19.) Ἀφυὴς πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν. Apud Suid. cum infin. non habente tale quid præfixum, (postquam exposuit ἀμαθὴς et ἄπειρος,) Ὁ δὲ οὐκ ἦν ἀφυὴς συνιδεῖν πραγμάτων στρατηγίας. Ponitur alioqui ἀφυὴς et sine ulla adjectione. Sic etiam ἀφυέστερος ap. Aristot. Eth. 10, 9. Ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι. Sed in ejusmodi ll. interpretandis nos ipsi aliquid adjicere possumus, habita ratione eorum de quibus agitur. Sic certe hic ἀφυεστέροις quidam interpr. Ad virtutem et officium ineptis sua natura. Redeo ad Suidam, qui loco illius Auctoris, quem non nominat, subjungit hunc Polybii, Οὗ καιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς: ubi observandus est alius hujus adjectivi usus, et quidem metaphoricus. Videtur enim καιρὸς ἀφυέστερος appellari, Tempus minus aptum et opportunum, quantum quidem e paucis hisce verbis conjici potest. Ceterum hoc præterea sciendum est, Grammaticos quosdam loquentes de α, quod in compositione κακὸν significat, inter alia hoc nomen ἀφυὴς in exemplum proponere, tanquam significans interdum κακοφυής: de quo comp. dicam infra. Eust. autem putat ἀφυὴς posse sonare etiam i. q. μικροφυής: et inde dici ἀφύην, utpote σμικροπρεπεστάτην ἐν ἰχθύσι. ["Ἀφυὴς, Ad procreandum ineptus, Philes p. 154. Ineptus, Stultus, Mich. Apost. Prov. 2, 82." Schleusner. Mss. "Ad Charit. 211. Alberti Peric. Cr. 67. Valck. Anim. ad Ammon. 88. Ruhnk. ad Xen. Mem. 232. Koen. ad Greg. Cor. 155(=336.) Thom. M. 904. Jacobs. Anth. 10, 45. Conf. c. εὐφ., Porson. Hec. p. 82. Ed. 2." Schæf. Mss. Soph. Phil. 1014. ἀφυῆ τ' ὄντα, κοὐ θέλοντ', Schol. ἄκακον ἀπὸ φύσεως. Dionys. H. 9, 27. Κτίσμα ἀφυὲς καὶ βαρύ: Schneidero susp.] Ex hoc adj. fit ADV. Ἀφυως. Estque ἀφυως ἔχειν πρός τι, s. διακεῖσθαι, i. q. ἀφυῆ εἶναι πρός τι, Natura inhabili ad aliquid præditum esse, etc. sequendo interprr. quæ supra nomini ἀφυὴς datæ fuerunt. Sed generalius etiam usurpatur; atque adeo in VV. LL. affertur e Plut. Camillo, 'A. κεκραμένη χώρα, pro Male temperata regio. Et e Polyb. (1, 88, 11.) 'A. διακείμενος pro Male instructus. ["'A. ἔχειν πρός τι, Non natum esse alicui rei, Philo J. P. 2. p. 430. Pf." Schleusner. Mss. "Lucillius 82." Schæf. Mss.] Item SUBST. Ἀφυία, ἡ, q. d. Inhabilitas naturæ ad rem quampiam, Natura ad aliquid inhabilis s. inepta. In VV. LL. Ingenium hebes, Degener animus, ex Epict. A Suida exp. ἡ πρὸς τὰ προκείμενα μαθήματα σκληρότης: quæ exp. nimis angustis finibus continetur, præterquam quod σκληρότης non satis convenit. ["Pravum ingenium, Mala indoles, Philo J. P. 2. p. 356. Pf., ubi opp. εὐφυΐα." Schleusner. Mss. "Wyttenb. ad Plut. 1, 248. Thom. M. 904." Schæf. Mss. Strabo 14. p. 977.]

Alterum illud COMP. Εὐφυὴς omnino contrarium significat. Est enim εὐφυὴς, Qui natura habilis est ad aliquid, s. aptus, Qui hoc a natura habet ut sit ad hanc vel illam rem habilis. Et q. d. Bene natus ad rem aliquam: quo nos modo dicimus, Un homme bien né, sed absque adjectione. Latini certe potius Natus ad aliquam rem dicunt, quam Bene natus:

respondetque particip. Natus participio πεφυκώς. In VV. LL. redditur, Industrius, Ingeniosus, Facilis, Commodus, Natura valens. Item, Qui amœno acrique ingenio est, e Gellio. Ibid. Εὐφυὴς πρὸς ἀρετὴν, e Plut. Solone, Bene a natura institutus ad virtutem. Sed ex iis, quæ tum in ἀφυὴς dixi, tum hic dicturus sum, delectum harum interpretationum habere facile quivis poterit. Apud Aristot. Eth. 3, 5. εὐφυὴς quidam interpr., Bene a natura informatus, factus beneque compositus natura. Vide totum illum Aristot. locum, quod ibi sit etiam ἔφυ, et καλῶς πεφυκέναι. Quod vero ad illam Gellii interpr. attinet, i. e. quæ tanquam e Gellio affertur, videtur certe Vir amœno acrique ingenio, minus late patere quam εὐφυής. Quod si quis εὐφυὴς, sed infinitivo junctum, habere desiderat Latine ab illo ipso redditum, sciat eum hæc Æschinis verba, (25.) Ἄνδρα λέγειν μὲν οὐκ εὐφυᾶ, τὰ δὲ κατὰ πόλεμον λαμπρὸν, καὶ πρὸς δικαιοσύνην καὶ ἐγκράτειαν διαφέροντα, Lat. hisce exprimere voluisse, Virum fortitudine atque justitia præter alios præstantem, sed inopi lingua et infacundum. Invenitur et accusativo junctum, subaudita sc. præp. κατὰ, ut ap. Isocr. Εὐφυέστατος ὢν τὴν γνώμην. Idem alioqui sine adjectione usus est, cum alibi, tum in Or. adversus Sophistas, Αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις. Qui locus, quantum ad illa verba attinet, quibus dicendi facultatem ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνεσθαι ait, cum illo Æschinis magnam, quod ad hujus vocabuli usum, affinitatem habet. Plato de Rep. 2. cum dixisset εὐφυεῖς, subjunxit, καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτάμενοι, συλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν. Apud Plut. legitur εὐφυὴς νέος, ubi voci εὐφυὴς illam Gallicam interpr., cujus supra memini, aptissime dare possimus. Ita enim vulgo dicimus, Un jeune homme bien né. Plut. locus est hic, (6, 303.) Ἀλλὰ καὶ προσαγορευθεὶς ὑφ' ἑτέρου ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ φράσειεν ἂν εὐφυὴς νέος, ὥστ' εἰπεῖν, μειδιάσας καὶ ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος. Ubi quod scribit ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος, optime convenit ei de quo dicimus, C'est un jeune homme bien né. Dicimus quidem præterea Qui est de bonne nature, sive de juvene, s. de viro loquamur; sed, ne quis fallatur, convenit quidem melius illud loquendi genus cum Græco verbo εὐφυὴς, quatenus ei per omnia respondet, et nomen nomine exprimit: sonat enim εὐφυὴς q. d. εὖ φυῆς ἔχων, i. e. εὖ ἔχων τῆς φύσεως: verum aliud significat nobis Un homme de bonne nature. Potiusque cum εὐφυὴς significatione conveniret quod dicimus Un homme d'un bon naturel. Latine quidem certe εὐφυὴς νέος apte redditum iri existimo, Juvenis bonæ indolis, Bona indole præditus juvenis, ut legimus ap. Cic. Adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur. Sed venio ad quendam magis peculiarem hujus vocis εὐφυὴς usum, cujus meminit Hes. Ei enim εὐφυὴς inter alia, est ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων. In qua expositione meminisse oportet illius Æschinis loci, quem a Gellio redditum esse docui, nec non loci Isocr. in quo dicit τὰς δυνάμεις τῶν λόγων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνεσθαι. Est tamen minus generalis hæc, quæ ab Hes. affertur, vocabuli εὐφυὴς signif. Quam ne quis in dubium revocet, sciat ipsiusmet Isocr. testimonio comprobari, et quidem diserte sui sæculi homines ita illo usos esse dicentis. Extat autem in Areop. locus is, quo illud testatur, Καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ καὶ σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον: cum antea dixisset, σεμνύνεσθαι δὲ ἐμελέτων καὶ οὐ βωμολοχεύεσθαι. Eust. quoque signif. hujus meminit, sed tanquam in dubio relinquens. Postquam enim dixit Homeri Posteros εὐφυῆ appellasse eum etiam, qui est κατὰ νοῦν δεξιὸς, (cui similes expp. ex Eod. referam infra,) subjungit, Atticos autem εὐφυῆ vocasse τὸν σκωπτικόν: sed addit κατά τινας. Equidem vel ille Isocr. locus hac de signif. dubitare nos minime sinit. Recte igitur Hes. expositionem illam nominis εὐφυὴς affert: sed viderint alii an probandæ sint itidem quatuor istæ, quas addit, μέτριος et σπουδαῖος, et ὡραῖος, et ἐπιεικής. Mihi quidem certe, sicut et aliæ quamplurimæ ejusd. Lexicographi, suspectæ sunt. Ac vereor profecto ne quæ ap. eum leguntur, non unius sed diversorum sint, qui non æque judicio valuerint. Nam fateor quidem multas ap. Hes. expp. inveniri: quæ cum vix fide dignæ videantur, interdum tamen contingit ut in quosdam Auctorum, et præsertim Poetarum, locos postea incidamus, quibus aptissimas esse illas comperimus: et quoniam tam magnus scriptorum numerus periit, e quorum etiam lectione petitæ erant, quæ ap. eum extant expp., ideo non temere vel eas, quæ παράδοξοι nobis esse possint, rejici debere: et hoc est profecto quod ap. me considerans, multas ex illo petitas expp. affero, quas alioqui silentio præterirem. Verum ut illud fateor, ita vicissim dissimulare nolo, fieri nullo modo posse ut pleraque vocabula tot tamque varias quæ ap. eum leguntur expositiones admittant. Alioqui certe quamplurima Græca vocabula, nullis certis finibus circumscriptas signiff. haberent. Quæ tamen non tam propter quatuor illas expp., quam propter infinitas alias vocibus aliis datas, a me dicuntur. Et ne longe abeam, subst. εὐφυΐα, ex hoc εὐφυὴς factum, ab illo exp. non solum ὀξύτης, sed etiam γνῶσις. Atque hæc obiter a me dicta sint, quorum te subinde in legendis hujus Lexicographi expp. recordari velim. Unum addo, quod vel solum satis meam illam de isto Lexico sententiam comprobare videtur: sc. nullum in expp. ordinem servari, sed contra iis, quæ inter se aut magnam aut aliquam saltem affinitatem habent, alias plane ab illis alienas interseri. Hoc enim meo quidem judicio, vel unum, satis comprobare potest quod dixi, sc. quæ ap. eum leguntur, non unius, sed diversorum esse, qui judicio non perinde valuerint. Ut autem ad quatuor illas expp. redeam, eodem certe pertinent tres illæ, μέτριος, σπουδαῖος, ἐπιεικής: quæ si veraces sunt, εὐφυὴς talem signif. habens conveniet cum eo quod dicimus, Un homme de bonne nature. Hoc enim aliud esse quam Un homme bien né, admonui et paulo antea. Sed ab eo interjicitur una vox ab illarum trium significatione prorsus aliena, (ut jam exemplo probem, quod modo de perturbato expositionum ordine dixi,) sc. ὡραῖος: quæ cum diversa significet, (sicut sc. ὥρα unde derivatur, non unam signif. habet,) pro Formoso ab eo accipi credibile est, vel potius credendum est. Nam Eust. itidem, postquam dixit φυὴν esse interdum δεξιότητα σωματικὴν et εἰς ταυτὸν ἥκειν τῷ κάλλει, eamque εἶδος etiam dici, subjungit, hinc πρόσωπον εὐφυὲς vocari, sicut et μηροὺς εὐφυεῖς. Idem tamen alibi, sc. in Il. Δ. (147.) Τοῖοί τοι, Μενέλαε, μιάνθην αἵματι μηροὶ Εὐφυέες, κνῆμαί τε, ἰδὲ σφυρὰ κάλ' ὑπένερθε, illud εὐφυέες exp. οἱ εὖ πεφυκότες, καὶ τῷ ὅλῳ σύμμετροι. Illud autem εὐφυὲς πρόσωπον ab Eur. (Med. 1198.) dictum esse ait respiciente ad hos εὐφυεῖς μηρούς. At vero ap. Homeri Posteros, illis qui vocantur εὐφυεῖς, laudem ad animum pertinentem tribui: siquidem εὐφυεῖς dici tanquam εὖ πεφυκότας εἰς τὸ μαθεῖν. Atque ut hic εὐφυεῖς esse dicit, (etenim ne hæc quidem, quamvis ad eam signif. cui primum locum dedi pertinentia, præterire libet,) τοὺς εὖ πεφυκότας εἰς τὸ μαθεῖν, ita εὐφυΐαν alibi esse tradit Homeri Posteris τὴν εἰς μάθησιν δεξιότητα. Sed magis placet tum quod ex eo attuli supra, εὐφυῆ esse τὸν δεξιὸν κατὰ νοῦν, tum quod ap. eum in eadem pagina aliquanto ante illa verba legitur: sc. εὐφυὲς esse τὸ δεξιὸν τοῦ ἤθους καὶ ἐπαγωγόν: quibus addit, pulcritudinem, quæ illud εὐφυὲς non habet, esse dictam ab antiquis δέλεαρ ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον. Convenit alioqui cum illa priore expositione hæc quoque, quam alibi affert, cum loquens περὶ τῆς φυῆς quæ est κατὰ νοῦν, addit esse inde εὐφυὴς, quo significatur ὁ εὖ ἔχων τοιαύτης φυῆς εἰς τὸ εἰδέναι. De his autem expp., tum ex iis quæ et ipse supra de signif. illius nominis εὐφυὴς dixi, tum ex iis quæ attuli exemplis, judicium ferri poterit: simulque judicari de interprr. quæ illi dantur in VV. LL. quas supra attuli. Ubi etiam annotatur, pro Industrio usurpari a Xen. de cane et equo. Equidem de homine dictum εὐφυὴς

si Græce exponatur ὁ δεξιὸς κατὰ νοῦν, sequendo unam ex illis expp. Eustathii, Latine reddendum censeam, Naturali ad omnia ingenii dexteritate præditus: de qua interpretatione dicam et in Εὐφυΐα. Memineris autem, lector, in nomine Ἀφυὴς, interprr., quæ huic contrario Εὐφυὴς tribuuntur, imitari. Venio ad alium usum quem εὐφυὴς ap. Hom. habet, et quidem in quo, si Eustathio credimus, maxime proprie dicitur. Is extat Il. Φ. (243.) ὁ δὲ πτελέην ἕλε χερσὶν Εὐφυέα, μεγάλην. Ubi εὐφυέα Bud. interpr. Virescentem, item Copiose succrescentem. Quarum interprr. posteriorem alteri præfero. Possumus autem reddere eodem sensu, Bene crescentem: ut vicissim Male crevisse dicuntur vesca farra ab Ovid. Quidam interpr. etiam Ubertim crescentem. Auctor brevium Scholl. εὐφυέα exp. μεγάλην, quod valde miror, cum ipse Poeta hoc adjectivum μεγάλην illi subjungat. Porro quod Eust. scribit, εὐφυέα hic maxime proprie usurpari, in eo non dubito quin ad verbum φύω potius quam ad nomen φυὴ respexerit: ad quod tamen propter præcedentes signiff. respiciendum mihi fuit. Sunt alioqui quædam ejusd. terminationis compp., quæ itidem a verbo potius signif. suam accipiunt. ["Wessel. Obs. 55. ad Diod. S. 1, 87. 229. ad Lucian. 1, 515. 2, 308. Ammon. 61. Valck. Anim. 87. ad Charit. 22. 211. 273. Ruhnk. ad Xen. Mem. 231. Valck. 246. ad Herod. 188. Koen. ad Greg. Cor. 155(=336.) Ind. ad Xen. Mem., Thom. M. 390. 395. 801. 904. Jacobs. Anth. 10, 45. 152. Valck. Opusc. 1, 250. Facetus, Wyttenb. ad Plut. Mor. 1, 342. Ox., Ruhnk. Orat. Gr. 72. Conf. c. εὐφυὴς, Schleusn. ad Phot. c. 54. Cum inf., Diod. S. 2, 441." Schæf. Mss. Opp. Ἀ. 1, 603. Athen. 260. Εὐφυᾶ, Greg. Cor. 163. 646. Schæf. "Εὐφυὴς, Facetus. Hanc signif. probavit Ruhnk. Hist. Orat. 151. Apud Suid. in Δημάδης jungitur πανοῦργος καὶ εὐφυὴς ex emendatione Ruhnk. pro vulg. εὐτυχὴς. Sic et Cic. Demadem oratorem Facetum appellat Orat. 26., cf. J. Poll. 7, 104. Alibi verbum notat Eum qui mentis et ingenii sui virtutes naturæ debet, quatenus oppositus est is qui labore et industria partas illas facultates auxit: v. Plut. Demosthene 8. Unde et εὐφυεῖς dicuntur, Homines faceti, venusti, ex ingenii quodam nativo acumine, Plut. l. c. cap. 25." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] Εὐφυῶς, Cum naturali quadam ingenii dexteritate. In VV. LL. Ingeniose, Scite, Acute: quæ interprr. hujus adverbii significationem cum aliorum multorum significationibus confundunt. Possumus certe, utendo periphrasi sumta ex iis quæ de Εὐφυὴς dicta fuerunt, reddere Εὐφυῶς cum aliis modis, tum hoc, Ut decet eum qui bona indole præditus est, vel, Ut consentaneum est ei qui, etc. Εὐφυῶς sequitur interdum et illam nominis εὐφυὴς signif., qua de arboribus usurpari docui: unde εὐφυέστερον φύει Bud. affert pro Copiosius crescit. [Jambl. V. P. 54. "Toup. Opusc. 1, 349. Ingeniose, ad Lucian. 1, 402." Schæf. Mss. * "Εὐφυεστάτως, Tzetz. Chil. 8, 119." Elberling. Mss.] Εὐφυία, Naturalis ingenii ad omnia dexteritas, Bona indoles. Liv. Tauta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas. Qua periphrasi Liv. vocis εὐφυΐα signif. exprimere voluisse, facile crediderim. Ideoque Εὐφυὴς dixi mihi videri posse reddi itidem, Naturali ad omnia ingenii dexteritate præditus. Brevius quidem certe, sed non satis Latine fortasse diceretur, Qui natura, s. a natura, dextro ad omnia est ingenio. [Jambl. Protr. 173. V. P. 88. "Apollod. 282. Valck. Anim. 88. ad Xen. Mem. 246. ad Diod. S. 1, 87. 321. Toup. Emendd. 1, 201. Wyttenb. ad Plut. 1, 248. Thom. M. 395. 904. Boiss. Philostr. 290." Schæf. Mss. Εὐφυΐα, * Εὐφύεια, Lobeck. Phryn. 493. * Πανευφυὴς, unde superl. "Πανευφυέσταρος, Tzetz. Ch. 4, 454." Elberling. Mss. * "Πανευφυῶς, Eumath. 46. Is. Porphyrog. in Allatii Exc. 260-1. Cocchii Chirurg. Vett. 40." Boiss. Mss.]

Cetera compp. minus usitata, sunt ista, Διφυὴς, Δυσφυὴς, Κακοφυὴς, Εὐρυφυὴς, Ἰσοφυὴς, (unde bicomp. Ἀνισοφυὴς,) Λεπτοφυὴς, Μονοφυὴς, Ὁλοφυὴς, Ὁμοφυὴς, Ὀρθοφυὴς, Παλιμφυὴς, Πετροφυὴς, Πολυφυὴς, Τριταιοφυὴς, Τριφυὴς, et, quod reliquis multo est usitatius, Ὑπερφυής. De quibus hic dicam, omissis iis duntaxat, de quibus jam suo loco dictum fuit. [* "Ἀρτιφυὴς, Planud. Ovid. Met. 15, 562." Boiss. Mss.]

Διφυὴς, vide infra cum Τριφυὴς. Ibid. habes etiam Μονοφυὴς et Πολυφυὴς.

Δυσφυὴς, Difficile nascens, enascens, proveniens. Theophr. H. Pl. 7, (1, 3.) Κορίανον δὲ δυσφυές· οὐ γὰρ ἐθέλει βλαστάνειν τὸ νέον, ἐὰν μὴ ἐλιχθῇ, [al. βρεχθῇ:] Ægre enascitur, Bud. qui ex Eod. (l. c.) affert, Δυσφυέστατον δὲ πάντων τὸ σέλινον. Δυσφυΐα, Nascendi difficultas, opp. τῇ ταχυβλαστίᾳ ap. Theophr. (C. Pl. 4, 8, 2.) ut Idem testatur. Animadverte autem, hoc comp., sicut et pleraque ex iis quæ sequuntur, imitari signif. illam quam ἀφυὴς ap. Hom. habere docui, itidemque accipi debere tanquam ex ipso verbo φύω, non e φυὴ derivatum.

Κακοφυὴς, Male nascens, proveniens, VV. LL. Secundum quam exp., sonabit κακῶς φύων, et ita cum proxime præcedente composito et cum sequentibus conveniet. Sed ego non dubito quin interdum κακοφυὴς sit ὁ κακὴν φυὴν ἔχων, s. κακῶς τῆς φυῆς ἔχων, [Plato de Rep. 3. p. 410.] Ita certe intellexerunt qui ἀφυὴς interdum sonare κακοφυὴς tradidere: nimirum, Qui prava est natura, pravo est ingenio, Pravo ingenio præditus, aut etiam, Qui est mala indole, ut quidem in iisd. Lexx. SUBST. Κακοφυία redditur Mala indoles. Dixit certe Liv. Indolem virtutum et vitiorum. Quod alioqui interpretari etiam queas Natura prava, Ingenium pravum. Pro quibus habetur illic, Ingenii et naturæ corruptio. [* "Κακοφυῶς, Theod. Rhaïtens. de Incarn. 233." Boiss. Mss.]

"Ἑτεροφυὲς, exp. et Diversæ naturæ, et Alibi "enatum." ["Diversæ naturæ, Carisii Lectt. Antiq. 1. p. 14. Philopon. de Cr. M. 1, 15. i. q. κεχωρισμένος τῆς οὐσίας, cum quo jungitur. * Ἑτεροφυῶς, (Greg. Nyss. ap.) Wolf. Anecd. Gr. 2, 304. (3, 9.)" Schleusner. Mss.]

Εὐρυφυὴς, Late crescens. In VV. LL. Late serpens. Apud Hom. legitur εὐρυφυὲς κρῖ, Od. Δ. (604.) ubi Didymus, aut quicunque est brevium Scholl. Auctor exp., ἐπὶ πλάτος καὶ ἐπιπολὺ φυόμενον.

[* "Ἡμιφυὴς, J. Poll. 6, 161. * Ἰδιοφυὴς, Fabr. B. Gr. 1, 145." Kall. Mss.]

Ἰσοφυὴς, Æqualis s. Paris naturæ. In VV. LL. Ejusd. essentiæ: e Nonno (Jo. 1.) ἰσοφυὴς γενετῆρος. Ex Eod. (175.) ἰσοφυὲς μίμημα, Compar s. Conforme exemplar, aut Æquale. Ἀνισοφυὴς, contrariam signif. illi ἰσοφυὴς habet: illic tamen exp. simpliciter, Dissimilis: [Hesychio ἀνόμοιος, Cyrillus Alex. Dial. 1. de SS. Trin. 409.]

[* Καλλιφυὴς, Nonn. D. 15, 171. * Κοιλοφυὴς, Opp. Ἀ. 3, 683.]

Λεπτοφυὴς, in VV. LL. affertur e Nonno, pro Qui natura est tenui, Tenuis, Gracilis. Sed Natura tenuis non satis apte dici videtur; ac malim certe, Qui tenuis est s. gracilis natura, vel Qui natus est tenuis.

"Μακροφυὴς, Qui longus nascitur, Natura longus." "Μεγαλοφυὴς, Magnanimus, Magno animo præditus, "μεγαλόψυχος. Greg. Naz. Καισαρέων τῶν μεγα-"λοφυῶν καὶ θερμῶν τὴν εὐσέβειαν." ["Toup. ad Longin. 357." Schæf. Mss. Polyb. 12, 23, 5. * Μεγαλοφυῶς, Gl. Laute, "Amphil. 17. Clem. Alex. 882. Athan. 2, 271. Andr. Cr. 158." Kall. Mss. "Heyn. Hom. 5, 677." Schæf. Mss. Schol. Æsch. Pr. 88. Polyb. Proœm. ad Exc. Leg. "Μεγαλοφυΐα, "Magnanimitas, μεγαλοψυχία, Hes.:" [a quo tamen exp. μεγαλόνοια. Jambl. V. P. 222. "Schol. Jo. Climac. 27." Boiss. Mss. Phot. v. Μεγαλόνοια. * "Μικροφυὴς, Qui parva corporis statura est, Suid. v. Γυνὴ μεγάλη." Schleusn. Mss. * "Μικροφυΐα τοῦ λόγου, Exilitas orationis, Andr. Cr. 35." Kall. Mss.] Μονοφυὴς, vide cum Τριφυὴς.

Ὁλοφυὴς, in VV. LL. redditur e Gazæ auctoritate, Confusius exortus, Confusus. Item ὁλοφυῆ ap. Aristot. Michael Ephesius exposuisse traditur περι-

φερῆ καὶ στρογγύλα, Orbiculata, Rotunda. Sed suspecta esse potest hæc scriptura ὁλοφυὴς, hac quidem in signif. [Aristot. de Part. Anim. 4, 12. Τὰ δὲ πρηνῆ τοῦ σώματος καὶ τὰ ὕπτια καὶ τὰ τοῦ καλουμένου θώρακος ἐπὶ τῶν τετραπόδων ὁλοφυὴς ὁ τόπος ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἐστίν. * Οὐλοφυὴς, Idem de Nat. Ausc. 3, 8. Empedocles Fr. 183.]

Ὁμοφυὴς, Qui ejusd. est naturæ; aut etiam, Simul natus, Congenitus. Pro quo tamen dicitur potius συμφυής. Apud Theodorit. H. E. homo est homini ὁμοφυὴς, Ἄνθρωπος γὰρ ὢν, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. Ibid. Ὁμοφυῶν ἄρχεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὲν δὴ καὶ ὁμοδούλων. [" Canisii Lectt. Antiq. 1, 14." Schleusner. Mss. Jambl. V. P. 232. Theophr. H. Pl. 3, 10, 3. Suicer. Thes. Eccles. Plato de Rep. 4. p. 439. 5. p. 458. Diod. S. 5. p. 210, 15.] E Greg. Naz. affertur et SUBST. Ὁμοφυία, pro Naturæ communitas, ubi de Patre et Filio loquitur, [ex * Ὁμοφυέω.]

Ὀρθοφυὴς, In rectitudinem crescens, s. In rectum. Exp. etiam Assurgens in rectum, nec non Crescens in altum, et Erectus, Procerus. Apud Theophr. (H. Pl. 3, 10, 1.) Ὀρθοφυὲς δένδρον redditur Arbor erecta, e Gaza. E quo Theophr. affertur et, (ibid. 3, 8, 4.) Ἡ μὲν γὰρ ἡμερὶς οὐκ ὀρθοφυής. Pro eod. alibi ἀστραβὴς usurpasse traditur: [C. Pl. 2, 9, 2.] Apud Eund. est et SUBST. Ὀρθοφυία, sonans itidem q. d. In rectitudinem crescentia, i. e., Ipsa actio crescendi in rectitudinem. Sed ponitur et simpliciter pro Rectitudine, aut etiam Proceritate. Plin. certe pro duobus his Theophrasti, ὀρθοφυίᾳ et μήκει, usus est una Proceritatis appellatione. Hunc enim Theophr. l. (H. Pl. 3, 8, 5.) Ἡ δὲ πλατύφυλλος δεύτερον ὀρθοφυίᾳ καὶ μήκει, πρὸς δὲ τὴν χρείαν τὴν οἰκοδομικὴν χείριστον, [μετὰ τὴν ἀλίφλοιον'] φαῦλον δὲ καὶ ἐς τὸ [καίειν καὶ] ἀνθρακεύειν, καὶ θριπηδέστατον μετὰ ἐκείνην, ita expressit, Ab hoc (ægilope) proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis. Inde est et VERB. Ὀρθοφυεῖσθαι, quod sonat itidem In rectitudinem cresco, s. In rectum. Sed reddi etiam potest, In proceritatem cresco, s. In altitudinem, s. In altitudinem exeo: imitando eund. Plin., qui de palmis scribit, Religant comas, ut in altitudinem exeant, cum scripsisset Theophr. ὅπως ὀρθοφυῆται, [H. Pl. 2, 6, 4. ubi Schneid. ὀρθὸς φύηται edidit.]

Παλιμφυὴς, Iterum natus, Renatus. Exp. etiam Renascens, Redivivus. E Nonno (Jo. 96.) παλιμφυὲς ἔμπεδον ὕδωρ. [Lucian. 558. * "Παντοφυὴς, Omnivarius, Timon ap. Diog. L. 6, 18." Schleusner. Mss. Orph. H. 10, 10.] Πετροφυὴς, Petris adhærescens, vide post Πέτρος, T. 3, c. 257. Πολυφυὴς vide post Τριφυής. "Πρωτοφυὲς, Primo natum s. exortum, ex "Apoll. Rh. 3," [851. "Πρωτοφυὴς σελήνη, Suid. v. Ἀνάστατοι." Kall. Mss.]

Τριταιοφυὴς, ut τριταιοφυὴς πυρετὸς, vide post Τριταῖος.

Τριφυὴς eand. formam habet quam ET Διφυὴς, de quo dicendum est prius. Est igitur Διφυὴς, Duplicis aut Ancipitis naturæ: ut Cecrops dicitur fuisse διφυὴς, utpote superiore parte, vir; inferiore, femina. Vide Suid. in nomine Κέκροψ, ubi et alias hujus appellationis rationes affert. Vide item Diod. S. Itidem Centauri vocantur διφυεῖς, utpote semihomines et semiequi. Soph. Tr. (1097.) p. 370. meæ Ed. Διφυὴ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν Θηρῶν, ubi Actius διφυὴ στρατὸν vertit Bicorporem manum. Fuerunt certe Centauri a Virg. dicti itidem Bimembres, et a quibusdam Biformes; ab Ovid. autem, Semihomines: ut vicissim a Lucano, Semiferi, i. e. Semiequi: quo utitur Serv. Tribuitur porro hoc epitb. διφυὴς et Tiresiæ, qui utrumque sexum expertus esse traditur. Generaliori autem interpretatione διφυὴς redditur etiam Geminus, Bipertitus, Bifidus. Afferturque διφυὲς et pro Bipertita compactione ap. Aristot. e Gazæ interpretatione. [" Schol. Aristoph. Πλ. 773. et Hemst., Heyn. ad Apollod. 451. 813. Hom. 6, 252. Jacobs. Anth. 6. 61. 7, 184. (* Διφυὸς, ibid.) 10, 104. Anim. 311. Posidipp. 13. Archelaus 2. Fischer. ad Palæph. p. 11. Valck. Phœn. p. 372. Voss Myth. Br. 1, 158. Toup. Emendd. 2, 547. ad Herod. 284. Cecrops διφυὴς dictus, Biformis, quia Ægyptiace et Græce sciret, G. F. Voss. Chronol. Sacræ Isagoge p. 42. (Hag. C. 1659. 4.) Wessel. ad Diod. S. 1, 33." Schæf. Mss. " Διφυὴς, i. e. δύο μὲν ἔχων σώματα, συμπεφυκότα δέ γε ἀλλήλοις, interpr. Eudocia p. 33.: etiam, teste Eod. 251. ὁ δύο φωνὰς ἠσκημένος." Schleusn. Mss.] Sic SUBST. Διφυία, quod alioqui sonat q. d. Duplicitas naturæ, s. Natura duplex aut anceps, redditur Bifida partitio a Gaza in hoc Aristot. loco, de Part. Anim. 3, (5.) de duabus venis primariis, Προϊοῦσαι γὰρ σχίζονται κατὰ τὴν διφυίαν τῶν κώλων, Instar Bifidæ crurum partitionis. [" Proles anceps, nunc mas, nunc femina, Philes p. 190. Κύουσα καὶ σπείρουσα τὴν διφυίαν." Schleusn. Mss.] Habent VV. LL. ET Δίφυον, quod interpr. Duæ partes, quod ab Hes. exponatur δίμοιρον. Sed ap. eum vox illa paulo aliter scripta est, [nempe * δίφυιον,] et notata tanquam mendo non carens. [* Διφυὸς s. Δίφυος, Antagoras ap. Diog. L. 4, 26. et Anal. 1, 260. σῶμα: sed scribi debet δίφυιον: v. Lobeck. ad Phryn. 494. * Διχοφυὴς, unde * Διχοφυία, Gal. Defin. Med. T. 2. p. 267.] Venio ad ILLUD Τριφυὴς, cujus exemplum, sicut et præcedentis Διφυὴς, vide in Μονοφυὴς paulo post. Possit certe hoc comp. significare Triplicem naturam habens, eod. modo quo διφυὴς sonat Cui duplex est natura. In VV. LL. tamen redditur duntaxat Trifidus, ut διφυὴς dictum est reddi etiam Bifidus. Potest certe exponi Triplex, sicut ETIAM Τριφυὸν Hes. est τριπλοῦν, i. e. Triplex, Triplicem, si sit accusativus masculini generis, a nominativo Τριφυός. [* Τρίφυος, * Τρίφυιος, Lobeck. Phryn. 494.] His addenda sunt illa duo Μονοφυὴς et Πολυφυής: quorum hoc POSTERIUS Πολυφυὴς habet ibid. talem interpr., qualem et τριφυής: nam ut hoc dixi reddi Trifidus, ita πολυφυὴς interpr. Multifidus. [Aristot. H. A. 1, 771.] At illud PRIUS Μονοφυὴς reddunt Unius naturæ, Simplex, Non geminus. Ibid. μονοφυὲς redditur Unigenitum. At μονοφυὲς et μονοστέλεχες δένδρον et φυτὸν μονόκαυλον a Theophr. dici annotant quod Plin. appellat Unistirpem, et Simplici caudice, et Unicaulem. A Bud. μονοφυὴς redditur Singularis, Non geminus, Unistirpis, afferente e Theophr. (H. Pl. 2, 6, 9.) Ἔστι δὲ φοῖνιξ * μονοστέλεχες καὶ μονοφυές· οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονται τινες διφυεῖς καὶ τριφυεῖς. Nec non ex Aristot. Δοκεῖ δὲ τῶν σπλάγχνων τὰ μὲν εἶναι μονοφυῆ, καθάπερ καρδία καὶ πνεύμων· τὰ δὲ, διφυῆ, καθάπερ νεφροί. [Theophr. H. Pl. 3, 18, 5. 4, 2, 7. C. Pl. 1, 1, 3. et 4. " Μουνοφυέας ὀδόντας Herodotus 9, 83. dixit Dentes ex uno continuo osse concretos omnes." Schw. Mss.]

COMP. Ὑπερφυὴς, multo præcedentibus usitatius, uti dixi, sonat q. d. Supernaturalis, si tamen hoc adjectivum fingere mihi liceat pro eo, quod est Naturalem modum excedens, s. Naturæ modum. Sed redditur Mirum in modum s. Supra modum excellens, insignis, Valde admirandus, Mirificus. Aut etiam simpliciter, Excellens, Insignis, Eximius. Aristoph. Πλ. (734.) Ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος δύο δράκοντε, Mirifica quadam magnitudine, Mirum in modum magni, Magni supramodum, Incredibili quadam magnitudine, aut, Immeusa magnitudine. Sic ὑπερφυὴς μεγέθει, Plut. Rom. Ibid. Ὑπερφυᾶ ῥώμῃ γενόμενον. Et sine hujusmodi adjectione, ut μισθὸς ὑπερφυὴς, Greg. Naz. Merces immensa. Item et quemadmodum dicitur θαυμαστὸς ὅσος, sic etiam ὑπερφυὴς ὅσος, ab Aristoph. Πλ. (750.) ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος. Idem δαιμονίως ὑπερφυᾶ dixit, (N. 76.) Μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Hes. ὑπερφυᾶ exp. ὑπὲρ φύσιν μέγαν, cum alioqui videatur pro hac signif. addendum τὸ μέγεθος, vel τῷ μεγέθει, ut in præcedentibus vides exemplis. Sic etiam ipsum μέγεθος dicitur ὑπερφυὲς, ubi ὑπερφυὲς apte reddi potest τὸ ὑπὲρ φυὴν, i. e. ὑπὲρ φύσιν, quasi Naturam humanam excedens, i. e. Modum s. Mensuram staturæ quam natura homini dare solet. Idem Hes. ὑπερφυὲς exp. ὑπερμέγεθες, item μεῖζον: sed post hoc μεῖζον non dubito quin verba quæpiam desiderentur: itidemque ap. Suid. post μείζων, ubi ὑπερφυὴς exp. μεγαλοφυὴς, et μείζων. Denique ὑπερφυὴς ab eo exp. etiam μεγαλοπρεπὴς, quæ exp. convenire potest huic adjectivo juncto nomini τιμὴ, aut alii hujusmodi, veluti ap. Plut. Cæ-

sare, Τιμάς τινας ὑπερφυεῖς ψηφισάμενοι: ubi tamen non simpliciter sonat μεγαλοπρεπεῖς, sed aliquid amplius. Ideoque τιμὰς ὑπερφυεῖς interpretandum censuerim, Honores humanum fastigium excedentes, vel Honores humano fastigio majores. || Ὑπερφυὲς redditur etiam Absurdum, Atrox. Verum si his verbis reddatur, (quod mihi non satis placet,) fuerit illis aliquid addendum, nec simpliciter dicendum Absurdum, s. Atrox; sed Mirum in modum absurdum, aut atrox. Affertur autem e Dem. pro illa signif., non indicato tamen loco. Sed ego hunc esse puto, qui extat in Or. κατὰ Μειδίου, debetque altius repeti ut magis hujus vocis ὑπερφυὲς signif. pateat: (543.) Δεῖ δὴ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὑμᾶς οὑτωσὶ σκέψασθαι, καὶ λογίσασθαι τί ποτ' ἐστὶν ὃ παθὼν Μειδίας οὕτως ὠμὸν, τηλικαύτην ἐπεβούλευσε λαβεῖν τῶν πεπραγμένων παρ' ἀνδρὸς πολίτου δίκην· κἂν μὲν ᾖ τι δεινὸν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυὲς, συγγνώμην ἔχειν. Huic certe loco minime interpr. illa convenit, meo judicio, qua ὑπερφυὲς redditur Absurdum, cum ei adjungatur δεινὸν, et præcedat eadem de re vocabulum ὠμόν. At vero Atrox cum respondeat voci δεινὸν, cur eo alteram illam vocem ὑπερφυὲς interpretandam putem? Dico itaque ὑπερφυὲς subjungi illi δεινὸν, ut declaretur facinus non solum atrox, sed tale ut vix in humanam cadere naturam possit. Vel, Facinus naturam aliquo humanitatis sensu præditam transcendens; brevius, Facinus omnem humanitatis sensum exuperans; Facinus quod ab eo proficiscitur cui nullus est humanitatis sensus. Atque ita, præsertim primam illam interpr. sequendo, maxime convenientem etymo suo signif. hic obtinebit vox ὑπερφυές. Gallice rem talem vocare solemus Une chose énorme: pro quo Enorme vulgus pronuntiat Inorme. At vero ap. Isocr. ὑπερφυὲς crediderim posse reddi sermone nostro, magis respondente interpretatione illius etymo, Une chose contre nature, in Trapez. (14.) Ἔπειτα καὶ τοῦθ' ὑπερφυὲς, εἰ πρὶν μὲν συγγράψαι τὸ γραμματεῖον, οὕτω σφόδρ' ἠπίστησα τοῖς πράγμασιν, ὥστε μὴ μόνον ἀφεῖναι Πασίωνα τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλὰ καὶ συνθήκας ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ τοιοῦτον ἐλεγχον κατ' ἐμαυτοῦ συνεγραψάμην, τηνικαῦτα ἐπεθύμησα εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν. Dicimus enim interdum, Cela seroit bien contre nature, de re quæ nullo modo rationi consentanea est, atque adeo sensui humano velut repugnat. Quod si voce Absurdum nobis utendum esset, non dubium est quin magis huic Isocratico quam illi Demosthenico loco conveniat. De quo hoc addam, posse fortassis δεινὸν καὶ ὑπερφυὲς resolvi in δεινὸν ὑπερφυῶς: talem enim duorum adjectivorum usum alibi observasse mihi videor. ["Vires naturæ humanæ superans, Suid. v. Βιος, ubi exp. per τῆς κοινῆς καὶ τῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα." Schleusner. Mss. "Ad Phalar. 283. Jacobs. Anth. 7, 51. Sosipat. 2. Lucian. 2, 331. Boiss. Philostr. 596. Verh. ad Anton. Lib. 56. Ruhnk. Ep. Cr. 71. ad Herod. 674." Schæf. Mss. Diog. L. 1, 100. "Ὑπερφυέστατος, Stultissimus, Aristid. 2, 332." Wakef. Mss. Demosth. 848. Πῶς οὐχ ὑπερφυές; Accus. ὑπερφυᾶ, ad Greg. Cor. 163.] Ὑπερφυῶς, q. d. Excedendo consuetum naturæ modum. Sed redditur simpliciter, Supra modum, Mirum in modum, Mirifice, etiam Eximie, Egregie, Supra quam dici possit. Herodian. 5, (8, 14.) Τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὑ. ἠσπάζοντό τε καὶ εὐφήμουν. Itidemque alibi eod. cum verbo εὐφημεῖν junxit. Alicubi dixit et ὑπερφυῶς σέβειν τινά: item ὑπερφυῶς ἐσπουδακέναι περί τι. Apud Plut. autem (Dione 7.) ὑ. θαυμάζειν τινὰ legitur. ["Contra naturæ leges, Suid. v. Διονύσιος, Eminenter, Wolf. Anecd. Gr. 1, 153.: Heliod. Carm. de Chrys. 145. 155." Schleusner. Mss. Plato Symp. 1, 9. p. 6. Wolf. "Amphil. 45. 185. Andr. Cr. 39. Clem. Alex. 206." Kall. Mss. "I. q. ὑψηλῶς, θαυμασίως, ἀξιωματικῶς, Splendide, Magnifice, Longin. 40." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.]

Φῦμα, τὸ, Quod enatum est, et quidem proprie, e terra. Sed generalius etiam accepit Greg. cum primævam parentem Evam πλευρᾶς φῦμα vocavit, i. e. Propaginem, quod e costa Adami facta fuerit. ["Φύματα, Greg. Naz. Carm. p. 19." Kall. Mss. Aretæus p. 71. Ζώης.] || Φῦμα, Tumor omnis præter naturam, qui citra externam causam oritur, a similitudine eorum quæ e terra enascuntur atque erumpunt, ["Herod. 3, 133. Φῦμα ἐπὶ τοῦ μαστοῦ." Schw. Mss.] Tuberculum et Oriens tuberculum dixit Celsus, ut φύγεθλον, Orientem panum. VV. LL. Φύματα, inquit Marc. ap. Diosc., nihil aliud sunt quam ἀδένων παθήματα, Adenum affectiones, in quibus factæ inflammationes, φύματα, i. e. Pani, dicuntur. Idem addit se observasse crescentes quocunque loco et parte corporis, veluti tumidos abscessus, sic vocari: et a Græcis in hoc genere appellari etiam φύγεθλα, a Latinis Furunculos, magnitudinis tamen differentia. Celsus uno in loco dicit orientia tubercula vocari a Græcis φύματα. In alio scribit, At adversus panum tum primum orientem, quod φύγεθλον Græci vocant, et omne tuberculum quod φῦμα nominatur, miscetur ochra, etc. Idem in proxime præcedente malagmate dixerat, Ad parotidas, eaque tubercula quæ μελικηρίδες, i. e. Favi, vel φύματα nominantur. Hæc 5, 18. At c. 18. libri ejusd., Φῦμα vero, inquit, nominatur Tuberculum furunculo simile, sed rotundius et planius, sæpe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: φῦμα etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt, etc. Hæc ille. Sciendum est autem φῦμα redditum alicubi fuisse etiam Papulam, (quam interpr. minime probo,) nec non Verrucam et nævum a Gaza ap. Aristot. H. A. 7.; nam pro φύματα et οὐλὰς dicit Verrucas et nævos, et cicatrices. Idem φῦμα reddit etiam Abscessum ap. Eund.; qui illis tribuit τὸ προσπεφυκέναι, de Gener. Anim. 4. Ὅσα δὲ συμβαίνει τοιαῦτα ὥστε ἔχειν δύο αἰδοῖα, τὸ μὲν, ἄρρενος, τὸ δὲ, θήλεος, ἀεὶ τὸ μὲν, κύριον τῶν πλεοναζόντων γίνεται, τὸ δὲ, ἄκυρον· προσπέφυκε δὲ καθάπερ τὰ φύματα· καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει τροφὴν, καί περ ὄντα ὑστερογενῆ καὶ παρὰ φύσιν. Hic certe aliisque in ll. hujusmodi generalius accipi constat; at signif. magis peculiarem habet cum alibi, tum in hoc Luciani loco, (3, 222.) Φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους. Libet autem addere superioribus et ea quæ de hac voce Gorr. scribit, e Gal. atque Aetio petita. Φῦμα, inquit, Tuberculi genus est, sic dictum ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, h. e. ab iis quæ sponte e terra nascuntur. Est autem ejus signif. duplex, sicut Paulus 4, 22. scribit. Una generalis, et communis, qua, ut multorum sententia est, omnes æque tumores ἀποστηματώδεις, qui præter naturam oborti sunt, in quacunque corporis parte, φύματα appellantur, quod Hippocr. scripserit, Quibus phymata in urinario meatu excitata sunt, abscessu suppurato ruptoque liberantur. Addit vero Gal. Comm. 1. in 6 τῶν Ἐπιδημ., sic vocari eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa aliqua externa proveniunt, maxime si extra corporis superficiem extuberent. Qua quidem signif. δοθιῆνες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, et id genus quamplurimi tumores, qui per se nullamque externam ob causam excitantur, in extimis corporis partibus φύματα vocantur, sive lati sint, nec multum alti, cujusmodi sunt φύγεθλα, sive etiam elatiores et paulo magis extuberantes. Altera vero specialis propriaque signif. est, secundum quam φῦμα dicitur Phlegmone, quæ in adenosa carne sponte oborta statim augetur, atque ad suppurationem cito pervenit. Quomodo neque δοθιῆνες phymata sunt, ut qui magis schirrhosi sint quam phlegmones natura ferat: neque etiam χοιράδες, tum eandem ob causam, tum quod non facile in pus vertuntur. Duri præterea hi tumores sunt, cum φῦμα mollius sit atque calidius, tanquam e sanguine genitum. Hæc ille. Ut autem eadem opera et de NOMINE Φύγεθλον, (cujus mentionem in præcedentibus aliquoties inseri vides,) quæ satis esse possint, dicantur, afferam et hæc ex Eod.: Φύγεθλον, Panus, s. Panis: utroque enim modo Latine dici potest, ut Herm. Barbarus annotavit. Dicitur a quibusdam et Panicula. Quid sit φύγεθλον, Celsus aperte explicavit 5, 25. Est tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula: idque

tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut inguinibus. Panem ad similitudinem figuræ nostri vocant. Ex quibus Celsi verbis apparet manifesto φύγεθλον esse Phlegmonen erysipelatodem, vel erysipelas phlegmonodes. Quod enim hic tumor multæ bilis sit particeps, ideo non alte assurgit, neque in profundum valde subit, sed erysipelatis modo latior est: occupat tamen et subjectæ carnis aliquid, quod aliqua ex parte phlegmone sit. Propter eandem bilem, etiam pustulæ quædam, ut et in herpete, excitantur, et dolor distentioque major est quam pro magnitudine tumoris: tarde etiam maturescit eandem ob causam, neque magnopere in pus convertitur. Addit vero et Gal. (ad Gl. 2, 1.) id tumoris genus præditum esse summo calore, et citissime generari, iisque duobus quosdam ipsum ab aliis phymatibus et tuberculis distinxisse. Fit maxime, ut scribit Celsus, in vertice, alis aut inguinibus, nec tamen in iis tantum, sed in omnibus etiam glandulosis partibus, ut Gal. auctor est. Figura illi pano similis est, quo textores utuntur, atque etiam pani. Quam figuram quamvis φύγεθλον habeat cum phymate communem, multis tamen nominibus ab eo differt; φῦμα enim verior phlegmone est, magisque exquisita, proindeque facilius in pus convertitur: præterea tanto minus doloris affert, minusque calidum, nisi dum suppurat, sentitur, quanto bilis flava sanguisque biliosus sincero sanguine plus doloris movet, calidiorque est. Differt autem φύγεθλον a Bubone auctore Gal. ut scribit Paulus 4, 22. quod bubo phlegmone sit: φύγεθλον vero, ut dictum est, sit φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, vel ἐρυσιπελατώδης φλεγμονὴ τοῦ ἀδένος. ["Φῦμα, ad Mœr. 11. Ammon. 142. ad Herod. 265." Schæf. Mss. "Marc. Sid. 83. (Φέρει φυμάτεσσιν ἀρωγήν.)" Wakef. Mss. Hippocr. Aphor. 81. Theophr. H. Pl. 9, 11, 1. Fr. 4, 61. 20, 48.]

Hinc Φυματώδης, [contr. e * Φυματοειδής,] et Φυματίας et Φυματοῦσθαι: quæ omnia derivata cum ap. Hippocr. extent, sunt tamen in VV. LL. prætermissa. Est autem Φυματώδης, Phymatis abundans, [Hippocr. 400.] Idemque significat et Φυματίας: sic tamen ut accipi etiam possit simpliciter pro Eo cui sunt phymata: [Idem p. 807.] At Φυματοῦσθαι dicitur aliqua pars corporis in qua φύματα nascuntur. Sed et persona ipsa φυματοῦσθαι dici potest cui illa nascuntur. [Hippocr. 1229. * Φυμάτιον, 648. * Φύημα, (quasi a * Φυέω,) Tuberculum, Idem 351=1200.]

Φύσις, ἡ, q. d. Enascentia, si hoc verbale a verbo Enascor fingere liceat. Alioqui reddendum est Ortus nomine nomen hoc φύσις, cum pro γένεσις ponitur, quam signif. habere ap. Empedoclem testatur Plut. Apud Hippocr. quidem certe φύσις et γένεσις pro eod. poni locis aliquot videmus. Afferturque itidem ex Aristot. Polit. φύσις γάλακτος pro Ortus lactis, s. Generatio lactis.

Φύσις, Natura: ut cum ab aliis, tum a Cic. variis in ll. redditur, quos tibi meum Ciceronianum Lex. exhibebit. In eorum certe uno φύσις redditur non solum Natura, sed etiam Vis; nam in Plat. Phædro φύσιν ψυχῆς vertit Naturam animi atque vim. In eod. Lex. habes κατὰ φύσιν redditum per ablativum Natura: ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν, Eorum quæ natura cernerentur. At παρὰ φύσιν, Contra naturam. Quæ alioqui et aliter reddita alicubi inveniuntur, sc. παρὰ φύσιν, Præter normam naturæ, s. regulam, Invita natura. At κατὰ φύσιν, Juxta normam naturæ, s. regulam. Item, Naturæ ratione, et Naturæ instinctu. Interdum vero pro κατὰ φύσιν ponitur dativus φύσει, s. τῇ φύσει: qui et aliis modis, pro re de qua agitur, reddi solet, ut τῇ φύσει πρότερον ap. Aristot. Naturæ ordine prius. At hæc verba, οἱ φύσει ἀσθενέστατοι τῷ σώματι, sic reddita extant, Quorum natura ita comparata est, ut valde infirmo sint corpore. Accus. autem φύσιν cum verbo ἔχει quidam interpr. ap. Dem. Naturæ tenorem: φύσιν ἔχει, Naturæ servat tenorem. Nonnunquam haud incommode et adjectivo nomine Naturalis uti possumus, A reddentes vocem φύσις, mutata orationis structura, sicut Cic. κοινωνικὸς φυσει vertit Ad naturalem communitatem aptus. Idem vero ap. Plat. διαιωνία φύσις non vertit Æterna natura, sed pro his duobus solo subst. usus est, dicens Æternitas. Tribuitur porro variis rebus φύσις, sicut Latine natura, ut πυρὸς φύσις, Ignis natura, Aristot. de Part. Anim. 2, 2. ubi etiam scribit, τὸ ψυχρὸν, esse φύσιν τινὰ, non autem στέρησιν. Et φαρμάκου φύσις ap. Hom. ut vides in altera hujus pag. parte. Item φυτοῦ φύσις, ut ap. Philon. de Mundo, Τὴν δὲ φύσιν ἀπένειμεν ὁ Θεὸς τοῖς φυτοῖς, κερασάμενος αὐτὴν ἐκ πλείστων δυνάμεων, θρεπτικῆς τε καὶ γεννητικῆς, Naturam Deus stirpibus tribuit, cum e pluribus facultatibus temperatam, tum vero altrice et genitrice. Et φύσις τῶν ὀργάνων, ap. Gal. Comm. 1. in Hippocr. de Nat. Hum. Σύγκειται γὰρ ἐκ τῶν πρώτων καὶ ὁμοιομερῶν, ἃ δὴ καὶ πρωτόγονα καλεῖν εἴωθεν ὁ Πλάτων, ἡ πρώτη τῶν τοιούτων φύσις. Quin etiam quemadmodum a Latinis dicitur Locus aliquis esse natura munitus, sic et φύσει B καρτερὸν χωρίον pro hac signif. affertur.

Φύσις ap. Medicos interdum quidem est Natura, interdum vero et aliter reddi debet. Afferam igitur quædam e Gal. de hac voce φύσις, ac præsertim de usu quem ap. Hippocr. habet, si prius quæ Gorr. de ea scripsit protulero. Gal. igitur, ut ille inquit, l. 17. de Usu Partium, φύσιν quandam universi constituit, quam definit esse Mentem admirabili virtute præditam, quæ omnia pervadat. Ab ea singularum rerum φύσιν manare consentaneum est: quam in homine varie Medici definiunt. Sed maxime ea definitio probatur, qua φύσις dicitur vis esse quæ e seipsa nostri sit opifex et conservatrix, ut ἐν τοῖς ἰητρικοῖς ὅροις scriptum est. Ea namque est cui et generationem debemus, et quæ genitos conservat. Itaque naturæ nomen ab Hippocr. sumtum fuisse quo loco scripsit φύσιας νούσων ἰητρούς, Galenus auctor est, scribens per Naturam intelligi Vim quandam corporibus insitam et inhabitantem, per quam ea reguntur: sive, ut Idem scripsit initio l. 2 de C Sympt. Caus., Omnem facultatem, quæ animal sive voluntatis nutu, sive citra hunc, regit. Itaque natura est quæ animal ab initio conformat, auget, nutrit, et omnia in corpore munia exercet. Quæ cum pariter caloris nativi opera sint, (est enim secundum Hippocr. omnium operum naturalium auctor,) necesse est vel naturam esse ipsum calidum innatum, ut Gal. περὶ Μαρασμοῦ et alibi sæpe prodidit: vel id primum esse naturæ instrumentum, ut Galeno pluribus in ll. placuisse video. Sed citra controversiam omnino est, cum φύσις pluribus modis dicatur ab Hippocr., eum cum sæpissime, tum toto libro de Nat. Hum. φύσιος nomine Temperamentum intellexisse, atque id esse præcipuum et maxime proprium Naturæ significatum ab ipsa naturæ substantia desumtum, ut Gal. in Aphor. 2, l. 3. annotavit, quo scripsit Hippocr., naturarum has quidem æstate, has vero hyeme bene maleve se habere. Quod si quis contendat, naturam non satis Temperamenti nomine explicari, definiat, si volet, naturam esse D universam substantiam ac temperiem quæ e primis elementis conflatur, ut et Gal. 3 de Temper. definivit. Est vero et alia, licet minus propria, φύσεως signif., qua sumitur ἀντὶ τῆς ἕξεως, ut ubi scripsit Hippocr., Maxime moriebantur quibus φύσις vergebat ad phthisin. Hic namque Naturæ nomine ipsam partium structuram compositionemque intelligit. Est quando etiam Natura significat i. q. genus vel species vel forma, ut cum dicimus hanc febrem, hujus vel illius naturæ esse. Hæc Gorr. Libet autem et ipsamet Galeni in aliquot Hippocr. ll. verba proferre. Is igitur Comm. 1. in Hippocr. de Nat. Hum. init. dicit φύσεως nomine, a quo Philosophi quidam φυσικοὶ fuerunt appellati, significari, (ut testantur ab illis ipsis περὶ Φύσεως scripti libri,) τὴν πρώτην οὐσίαν, ἣν ἀγέννητόν τε καὶ ἀΐδιον εἶναί φασιν, ὑποβεβλημένην ἅπασι τοῖς γεννητοῖς καὶ φθαρτοῖς σώμασι, τά θ' ὑπάρχοντα κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἑκάστῳ τῶν γεννωμένων τε καὶ φθειρομένων. Ubi non immerito fortasse post φθειρομένων participium aliquod deesse

quispiam existimet. His porro subjungit eum usum hujus nominis φύσις, secundum quem Homerus φαρμάκῳ tribuit φύσιν, (Od. K. 303.) Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἀνελών· καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Quibus versibus subjungit, eos qui de herbis scriperunt, aut generaliter de plantis, docere earum φύσιν αἰσθητήν, cum qualis sit unaquæque tangenti, gustanti, odoranti, et intuenti, commemorant: et qua vi prædita sit, sive intra corpus sumatur, sive exterius ei imponatur. Idem Gal. in hunc Aphorismum Hippocratis, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἐξιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων, annotat, cum vox φύσις multifariam dicatur, intelligendam nunc esse in ea signif. in qua ipse sæpenumero est usus, cum alibi, tum per totum librum quem περὶ Φύσιος Ἀνθρώπου inscripsit: in quo φύσιν appellat κρᾶσιν e primis elementis: perinde ac si ita dixisset, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷς ἂν οἰκεία τῆς πρώτης τοῦ σώματος κράσεως καὶ τῆς νῦν διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ τὴν ἕξιν, ἢ τὴν ὥραν προσγεγενημένης, ἡ νόσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷς ἂν μὴ οἰκεία κατά τι τούτων ᾖ. In sequentibus autem, hac in signif. ostendit aliam φύσιν esse θερμὴν, aliam ψυχροτέραν: aliquam ξηροτέραν, aliquam ὑγροτέραν. At vero in h. l., qui habetur in Epidem. opere, Καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷς ἔρρεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες, ait τὴν φύσιν significare τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν.

Φύσις, Natura, Substantia. Siquidem Naturæ vocabulum et pro substantia e quibusdam Ciceronis etiam ll. affertur. Ex quibus est hic, Diviserunt naturam hominis in animum et corpus. Itidemque hic, Omnis natura vult esse conservatrix sui. Affertur e Plin. quoque pro hujus signif. exemplo, Vini natura non gelascit. Φύσιν autem accipi ἀντὶ τῆς οὐσίας, i. e. Pro substantia, testatur et ipse Aristot. Metaphys. 4. Καὶ ὅλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται: dixerat autem paulo ante, φύσιν appellari τὴν τῶν φυομένων γένεσιν. Item, Ἐξ οὗ φύεται πρῶτον τὸ φυόμενον ἐνυπάρχοντος. Item, Ὅθεν ἡ κίνησις ἡ πρώτη ἐν ἑκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ᾖ αὐτὸ ὑπάρχει. Præterea φύσιν vocari ἐξ οὗ πρώτου ἤ ἐστιν ἢ γίνεταί τι τῶν φύσει ὄντων * ἀῤῥυθμίστου ὄντος καὶ ἀμεταβλήτου ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς ἑαυτου: et hoc modo τῶν φύσει ὄντων τὰ στοιχεῖα nuncupari φύσιν: tandemque ad φύσιν, quæ est οὐσία, accedit. At de Deo melius οὐσίαν quam φύσιν dici, testatur Greg. Naz.

Φύσις, Ingenium, ut Cic. quoque interpr., cum hæc Plat. Phædro, Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ita reddit, Majore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. Sic e Thuc. (1, 138.) affertur φύσεως ἰσχὺς, Vis ingenii. Apud Eund. 2. Ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν putem reddi posse Supra ingenium suum, ingenii sui captum.

Φύσις, Sexus. Thuc. 2, (45.) ἐν λόγῳ epitaphio, circa finem, cum dixisset, Εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ, subjungit, Τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν, μεγάλη ἡ δόξα, (vel potius ὑμῖν sequentibus jungendum, ut habet mea Editio,) καὶ οἷς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ. Memini me et in quodam Soph. loco signif. hanc observare. || Ad hunc autem usum pertinere videri potest is, quo ponitur pro Pudendis tam virorum quam mulierum. Cic. itidem Naturam vocat, sed de femina loquens; et post eum Plin., qui alioqui et Naturalia appellat. Lat. Genitalia etiam loca, s. potius Genitales locos dixerunt, nec non Locos, sine adjectione: unde pro his Columellæ verbis, Si admissarius iners in venerem est, odore perfricatur detersis spongia feminæ locis, et admota equi naribus, in Geop. ista de eadem re leguntur, Τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμους περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν, τοῖς ἀπομάγμασι τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Apud Diod. S. quoque hac in signif. memini me legere, ubi de hermaphroditis loquitur. Apud Hes. in Ἐσχάραι habetur plur. αἱ τῶν γυναικῶν φύσεις. Certe de pudendis feminarum potius quam virorum dictum fuisse existimo.

Φύσις, Statura, ap. Lucian. (2, 308.) A Cic. autem redditur etiam Figura, ap. Plat. Εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι, Eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet. Apud Aristoph. autem videtur reddi etiam posse Persona, Σφ. (1071.) Εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταὶ, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν, Εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον. Cic. Naturam et Personam alicubi conjunxit. Apud Xen. autem de canibus dictum φύσιν Cic. vertit Constitutionem.

Φύσιν ποιεῖ, Facit ut coeat, i. e. coalescat, VV. LL.: sed absque ullo testimonio, aut exemplo. Alioqui referri hæc expositio possit ad eam τοῦ πεφυκέναι signif., cujus mentio postremo loco facta fuit, ut videbis in fine col. s. semipag. 266.

["Φύσις, Thom. M. 854. 904. Markl. Suppl. 886. ad Charit. 770. Wakef. Trach. 379. Jacobs. Anim. in Eur. p. 21. Anth. 9, 193. Agathias 70. et Jacobs., Brunck. Aristoph. 2, 89. Œd. T. 740. ad Lucian. 1, 701. Diod. S. 1, 50. 181. 238. 294. 358. 2, 240. Valck. Adoniaz. p. 270. Diatr. 41. 78. Bibl. Crit. 3, 1. p. 16.; 3, 2. p. 7. Lennep. ad Phal. 151. ad Herod. 636. Sexus, Kiessl. ad Jambl. V. P. 109. Sic Natura, Godofr. ad Cod. Theod. 2, 53. Pudenda, Jacobs. Anth. 9, 173. ad Diod. S. 2, 520. 521. 522. ad Lucian. 2, 358. Anton. Lib. 278. Verh. Species, Figura, Brunck. Aristoph. 2, 243. Statura, Coray ad Herod. Larcher. 3. p. 522. Generatio, Brunck. ad Anacr. p. 117. Ed. 1. Conf. c. ῥύσις, ad Diod. S. 2, 334. ad Dionys. H. 5, 156. (de C. VV. 310. Schæf.) Abundat, sic Indoles, Lex. Gr. Tittm. 434.: sic Natura, Ast. ad Plat. de LL. 568. Sine artic., Dionys. H. 5, 20. Φ. πρώτη, Casaub. ad Athen. 133. Ἐκ φύσεως, Diod. S. 1, 285. Φύσει, ad Charit. 441. Musgr. Ion. 1288. Heind. ad Plat. Phædr. 277. Valde, Admodum, Abresch. Lectt. Aristæn. 64. Coray ad Xenocr. 173. Redund., Erfurdt. ad Soph. Phil. p. 188. Φύσει μακρὸς, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 290. Φύσει πεφυκὼς, Xen. Hier. 3, 9. K. Π. 5, 1, 24. 8, 7, 13. Simon. Dial. p. 63. Philo Byz. p. 60. Orell. Τὴν φύσιν, τῇ φύσει, ad Diod. S. 1, 656. ad Dionys. H. 2, 712. Lobeck. Aj. p. 336. Κατὰ φύσιν. Boeckh. in Plat. Min. 176. (Polyb. 15, 20.) Φύσιν ἔχω, cum inf., (Polyb. 2, 21.) Paus. 404. Lucian. 3, 37. Boiss. Philostr. 527. Furia ad Æsop. p. 10. Lips. Φύσιν ἔχει, Heind. ad Plat. Theæt. 336. Τὴν φ. ἔχειν ἔκ τινος, Vita Æschyli init." Schæf. Mss. "Φ. χθονὸς, Terra, Æsch. Ag. 642(=616. Πλὴν τοῦ τρέφοντος ἡλίου χθονὸς φύσιν.)" Wakef. Mss. Proles, Soph. El. 325. ἐκ πατρὸς ταὐτοῦ φύσιν. "Instinctus naturæ, Mich. Apost. Prov. 12, 41. Φύσεως πενία, Ingenii inopia, Suid. v. Ἀστεμφέα. Φύσις, Genitalia, Suid. v. Καπρέαι." Schleusn. Mss. Fischer. Ind. Æschin. Dial. Socr., Valck. Schol. in N. T. 2, 277-8. Φύσις et φυὴ conf., ad Greg. Cor. 336. φ. et φυλακὴ, 837. φ. et θέσις sibi opponuntur, 602. 836. quo compendio scribatur, 836-7.]

Φυσιογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, Naturæ ex oris habitu cognoscendæ peritus, q. d. Naturæ cognitor, Peritus judicandi de natura. Cic. de Fato, Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus φυσιογνώμων, qui se profitebatur hominum mores naturasque e corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Φυσιογνώμονες, inquit Bud., sunt qui ingenia hominum et sensus ex aspectu corporis judicant, quorum e numero sunt qui μετωποσκόποι dicuntur, h. e., ut Plin. inquit l. 35., e facie hominum addivinantes. Extat φυσιογνώμων cum alibi, tum ap. Aristot. in Φυσιογνωμονικῶν opere. ["Jacobs. Anth. 7, 199. * Φυσιγνώμων, ibid. Toup. Add. in Theocr. p. 407. (Epigr. 11, 1.)" Schæf. Mss.] Hinc Φυσιογνωμονία et Φυσιογνωμοσύνη, Naturas cognoscendi s. De natura judicandi peritia, Scientia qua naturæ hominum ex aspectu corporis, ac præsertim vultus, cognoscuntur. Aristot. in illo opere Φυσιογνωμονικῶν, s. Φυσιογνωμικῶν, ut scribunt alii, Δεῖ οὖν ὁρίσαι περὶ

ποῖα ἄττα ἐστὶν ἡ φυσιογνωμονία. Moxque subjungit, φυσιογνωμονίαν, sicut et nomen ejus indicat, versari περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τῶν ἐπικτήτων, ὅσα παραγινόμενα μεθίστησι τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Adj. autem NOMEN Φυσιογνωμονικὸς, Ad scientiam illam pertinens, vel conferens. Plurali autem numero, genere neutro, Φυσιογνωμονικὰ vocantur Ea scripta in quibus de hac scientia agitur: cujusmodi sunt hodieque quæ Aristoteli, item alia quæ Adamantio ascribuntur. At Polemonis liber, qui ejusd. est argumenti, inscriptus est singulari numero Φυσιογνωμονικόν. Ceterum in eo, quod dixi, Aristotelis, sicut et Adamantii libros, inscriptos esse Φυσιογνωμονικὰ, in eo vulgatas Edd. minime secutus sum; quippe quæ habeant φυσιογνωμικά. Quam scripturam si quis tueri velit, afferre queat quod ap. Athen. legitur, sc. Ἀντιφάνης ἐν Φυσιογνωμικῷ. In nostrate sermone quidem certe multo justius excusetur syncope, qua utimur, cum itidem dicimus Physionomie, non autem Physiognomonie. Sed alium etiam usum huic voci damus quam ferat sermonis Græci consuetudo. Dicimus enim Il a bonne physionomie, vel contra, Il a mauvaise physionomie, de eo qui ex oris lineamentis totoque habitu, vel probus esse, vel contra improbus, judicari posse videtur. Adeo ut Il a bonne physionomie, perinde sit ac si diceretur Græce, οὗτος ἂν φυσιογνωμονηθείη ἀγαθός: vel, φυσιογνωμονοῦντι κριθείη ἂν ἀγαθός. Sed pro Physionomie, vulgus, et cum vulgo multi etiam ex iis qui sibi aliquam supra vulgus sermonis Gallici peritiam arrogant, pronuntiare solent vel Philosomie, vel Philonomie. Quidam vero, sed præsertim e vulgi fæce homines, fœdius simul et brevius corrumpunt, pronuntiantes Philomie. [Athen. 14, 21. "Artemid. 156." Wakef. Mss. * Φυσιογνωμονικῶς, Eust. Il. A. p. 773, 24.] Venio ad VERB. Φυσιογνωμονέω, quod ab illo nomine φυσιογνώμων est itidem derivatum. Signif. igitur De natura judicandi peritus sum, De natura judico, ex aspectu oris, sc.: sequendo ea quæ in præcedentibus nominibus dicta fuerunt. Gell. 1, 9. de Pythagora loquens, Jam inde a principio adolescentes qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum signif. Mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. Frequens est hoc verbum φυσιογνωμονεῖν ap. Aristot. in suis Physiogn., ubi legitur etiam φυσιογνωμονεῖν ἔκ τινος, veluti cum scribit, Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν γενῶν τῶν ζώων φυσιογνωμονοῦσι, τιθέμενοι καθ' ἕκαστον γένος εἶδός τι ζώου καὶ διάνοιαν. Paulo post autem dicit, Οὐκ ἐξ ἁπάντων δὲ τῶν ζώων ἐδοκίμαζον. Et aliquanto post, cum dixisset, Ἐξ ὧν δὲ γενῶν τὰ σημεῖα λαμβάνεται, νῦν ἐρῶ, καὶ ἔστιν ἅπαντα, subjungit, Ἔκ τε γὰρ τῶν κινήσεων φυσιογνωμονοῦσι καὶ ἐκ τῶν σχημάτων καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων κ. τ. λ. E quibus II. patet Aristot. δοκιμάζειν etiam et τὰ σημεῖα λαμβάνειν de ipsa actione τοῦ φυσιογνωμονεῖν dixisse. Sed cum δοκιμάζειν subaudire oportet accus. τὴν φύσιν: cum λαμβάνειν τὰ σημεῖα, itidem gen. τῆς φύσεως. Passive autem φυσιογνωμονεῖσθαι dicitur is, cujus natura ex oris habitu cognoscitur, s. de cujus natura ex aspectu judicatur, aut saltem de cujus natura conjectura fit. Aristot. in illo Φυσιογνωμονικῶν opere, Νυνὶ δ' ἴσως βέλτιόν ἐστι καθ' ἕκαστον περὶ πάντων, ὅσα ἐπιφανῆ παρὰ τῶν φυσιογνωμονουμένων, ἀκριβέστερον φράσαι. Sic ap. Adamantium, Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ τοῖς πᾶσιν ἔπεστι κοινὰ σημεῖα, ἐξ ὧν τὸ γένος ἅπαν φυσιογνωμονεῖται. Secundum autem hunc verbi istius usum, in illo Aristot. loco quem in Φυσιογνωμονία protuli, Τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων, non fuerit jungendum participium cum illo nomine, ut intelligamus σημεῖα dici φυσιογνωμονούμενα, sed τὰ σημεῖα τῶν φυσιογνωμονουμένων, i. e. τὰ ἐν τοῖς φυσιογνωμονουμένοις. Alioqui σημεῖα φυσιογνωμονούμενα non video quid aliud significare possit quam ἃ οἱ φυσιογνωμονοῦντες λαμβάνουσι s. ἐκλέγονται: utroque enim horum verborum utitur Aristot. Alterius certe usus, non autem hujus, exemplum affert et Bud. ex eod. Aristot. Τῶν ζώων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Sed hæc affert, postquam dixit φυσιογνωμονῶ verbum esse activum, accusativo junctum. Haud scio tamen an necessario consequatur, si dicitur aliquis φυσιογνωμονεῖσθαι, ut etiam dicatur φυσιογνωμονεῖν aliquem; ideoque hujus quoque usus exemplum desidero. ‖ Φυσιογνωμονῶ, ut Idem tradit, est etiam Diligenter cognosco faciem alicujus, et adnoto, ut postea noscatur. Dem. (799.) Θεωρήσουσι δ' ὑμᾶς οἱ περιεστηκότες καὶ ξένοι καὶ πολῖται, καὶ κατ' ἄνδρα εἰς ἕκαστον τὸν παριόντα βλέψονται, καὶ φυσιογνωμονήσουσι τοὺς ἀποψηφισαμένους. [Jambl. V. P. 150. Liban. 4, 294. "Ad Lucian. 1, 400. * Φυσιογνωμέω, Act. Traj. 1, 204." Schæf. Mss. * Φυσιογνωμία, Stob. Ecl. Phys. 1, 764. Lobeck. Phryn. 383. Φυσιογνωμικὸς, Donatus ad Terent. Hec. 1, 1, 18.]

Φυσιολόγος, ὁ, Qui de natura s. rebus ad naturam pertinentibus disserit, Qui naturam rerum disserendo exquirit s. indagat. Aut etiam simpliciter, Qui naturam rerum exquirit, s. indagat: sicut nimirum NOMEN Φυσιολογία Bud. reddit, Studium naturæ indagandæ: cujus officium Philoponus esse ait, περὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων διαλέγεσθαι. A quibusdam redditur Physica disciplina: a Cic., qui alioqui Physiologiam et ipse dicit, Naturæ ratio, de Divin. 1. Qui et naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura, dicebat. Sed ego, ut ingenue quod de hoc loco sentio proferam, mihi persuadere nequeo Cic. ita φυσιολογίαν reddidisse: unde fit ut suspicer inter duo illa vocabula tertium aliquod omissum esse: quale sit Indagandæ, aut Speculandæ, aut Venandæ: ut φυσιολογίαν esse dixerit Naturæ indagandæ rationem, vel speculandæ, s. venandæ. Ideo autem duobus hisce posterioribus verbis utor, quod ipsemet τὸν φυσικὸν speculatorem venatoremque naturæ significare dixerit. Sunt sane et aliæ aliquot Ciceronianæ interpretationes, in quibus exemplarium fides suspecta mihi est: quas tamen in illo meo Lex., quod Ciceronianum inscripsi, ceteris inserendas, aliis judicium relinquens, putavi. Sed quantum ad illam vocis φυσιολογία interpretationem attinet, utut se res habeat, Turn. nomini φυσιολόγος illam ipsam tribuit; hæc enim Plut. verba in l. de Def. Orac. Ἔχων δὲ περὶ αὐτὸν Ἐπικουρείους τινὰς τὴν καλὴν δὴ καὶ φυσιολόγον ἐνυβρίζοντας, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ita vertit, Is cum haberet circum se quosdam Epicureos, qui bella illa naturæ ratione freti, rebus hujusmodi, ut ipsi loquuntur, illudunt. Sed cum in hac interpretatione longe aliam lectionem eum sequi videamus, ne φυσιολόγον quidem simpliciter, ut hic legitur, sed cum alicujus substantivi adjectione legisse videri potest. [Φυσιολόγος, Theophr. C. Pl. 6, 3, 5. * "Φυσιολόγως, M. Anton. 10, 31." Kall. Mss. Φυσιολογία, Jambl. Protr. 26. V. P. 146. Kiessl. "Φυσιολογίαι, Disputationes de rerum natura, et variis mundi aspectabilis partibus. Longin. 12, 5. cf. Demetr. Eloc. §. 231. Εἴ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μέν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.] E nomine φυσιολογία derivatum est et ADJ. Φυσιολογικὸς, Ad physiologiam pertinens. A Cic. enim Physiologiæ etiam appellationem alicubi usurpari dictum est. Apud Medicos φυσιολογικὴ, sub. ἐπιστήμη, Pars est medicinæ, quæ naturam hominis universam a conceptu ad extremum usque senium disquirit. Ad eam pertinet omnis de semine deque menstruo sanguine, de partium conformatione et principatu, de fœtus perfectione, similitudine cum parentibus, de anatomia singularum partium, earumque differentiis, et temperamentis, de ætatibus, de calore nativo et spiritibus, de tribus facultatibus nostrum corpus dispensantibus, de humoribus, aquis, aëre, locis, consuetudine, et ceteris id genus, disputatio. In qua communibus quidem naturalis scientiæ principiis atque theorematis utitur, sed quatenus hominis cognitioni inservire atque accommodari possunt. Eam quidem Medicinæ partem Empirici atque Methodici aspernati sunt, sed Dogmatici, quorum princeps fuit Hippocr., plurimi fecere. ["Eudocia p. 362. * Φυσιολογικῶς, 127."

Schleusn. Mss.] Inde est etiam VERBUM Φυσιολογέω, De natura dissero s. disputo, s. De rebus naturæ; περὶ φύσεως διαλέγομαι, Hes. Vel, Naturam rerum disserendo indago s. exquiro. Aut simpliciter, Naturam indago s. exquiro, ut φυσιολογεῖν ἕκαστον, Bud. ap. Diosc. vertit, Naturam uninscujusque exquirere. Et ap. Aristot. Metaphys. 1. Καὶ περὶ πάντων φυσιολογοῦντες, Et de omnibus naturam scrutati. Φυσιολογῶ est etiam Physica ratione probo s. ostendo, ut Idem in hoc l. Greg. Naz. vertit, Εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρός· ἐγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω. In VV. LL. φυσιολογῶ dicitur poni etiam pro φυσιογνωμονῶ: sed hujus usus exemplum desidero. [" Huschk. Anal. 249. Argum. Aristoph. Nub. Heyn. Hom. 5, 120. Schol. Apoll. Rh. p. 88. Matth. ad Gloss. min. p. 23." Schæf. Mss. * " Φυσιολόγημα, Tzetz. Ch. 5, 478. 7, 593." Elberling. Mss. " Eudocia p. 174. Ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταῤῥεῖ. * Φυσιολογητέον, Idem p. 173." Schleusn. Mss. * Φυσιολογητὸς, M. Anton. 10, 9. Schneidero susp. " Quid si * ἀφυσιολογήτως legerimus?" Gataker. * Ἀφυσιολόγητος, Cujus naturalis causa reddi non potest, Plut. 10, 595.]

[* Φυσιοποιὸς, unde * Φυσιοποιέω, Clem. Alex. 534=631. * Φυσιοσκόπος, unde * " Φυσιοσκοπέω, Cyrill. Hier. 164." Kall. Mss. * Φυσιουργὸς, Athan. 2, 390.]

Φυσίζοος, q. d. Vitam producens, i. e. quæ ad vitam degendam sunt necessaria. Redditur vulgo, Victum producens; sed scimus nomen ζωὴ nequaquam pro Victu poni, sicut βίος utramque signif. habet. Redditur etiam Vitam vivificans, quæ interpr. inepta est. Apud Hom. certe φυσίζοος αἶα, Il. Γ. (243.) et alibi, apte reddi poterit Alma tellus. Est enim alma, ἡ φύουσα τὰ πρὸς ζωὴν χρήσιμα, ut Eust. exp. φυσίζοος. Hes. itidem πρὸς τὸ ζῆν φύουσα: sed addo articulum τὰ ante πρός. Tale est φερέσβιος, et βιόδωρος. Esse autem et solis epith. testatur Greg. Naz. Quin etiam φυσίζοον ὕδωρ in Epigr. legitur. In Eorundem l. 2. jocose Grammatica vocatur φυσίζοος, tanquam miseris literatoribus victum suppeditans. Affertur porro et alia interpr. vocis φυσίζοος, quam Eust. in Rhet. Lex. extare ait: nimirum ut sit ἡ ζῶα φύουσα, i. e. Quæ animantia producit. Quod autem ad scripturam attinet, habentem *o* pro *ω*, vide quæ de ea idem Gramm. disserit, eique potius fidem habe, quam iis qui scribi etiam φυσίζωος tradunt. In VV. LL. annotatur esse φυσίζωος et Nomen proprium loci ap. Lacedæmonem, ubi Castores terra absorpti, rursus emerserint. Cujus expositionis auctor non nominatur; sed ego eam ap. Didymum, aut quicunque est brevium in Hom. Scholl. Auctor, reperio: e quo pro Castores reponendum est Dioscuri, i. e. Castor et Pollux. Hoc præterea sciendum est, ipsum hanc expositionem tribuere illi Homeri loco, Il. Γ. sicut et alteram; quoniam enim ibi Homerus de Dioscuris canit, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ, ille postquam priorem illam epitheti φυσίζοος protulit, subjungit, Ἢ ὅτι τῷ ὄντι λέγεται χώρα ἐν Λακεδαίμονι οὕτω φυσίζωος· ἐπεὶ ἐκεῖ δοκοῦσιν οἱ Διόσκουροι καταποθέντες, πάλιν ἀναδοθῆναι. [" Ad Charit. 770. Jacobs. Anth. 9, 419. 10, 398. Heyn. Hom. 4, 502. Ruhnk. ad H. in Cer. 122." Schæf. Mss. " Opp. Ἀ. 1, 395." Wakef. Mss. Æsch. Suppl. 599. Ζεύς. * " Φυσιζώϊος, i. q. φυσίζωος, Manetho 6, 28. αἴγλῃ, Vitali fulgore." Schleusn. Mss. * " Φυσιμήδη, (Nom. propr.,) Verh. ad Anton. Lib. 121. LB." Schæf. Mss.]

Δύσφυσις, Mala natura: κακὴ φύσις, Hes. [Suspectum Lobeckio ad Phryn. 501.]

[* " Μονοφυσῖται appellati sunt Hæretici, qui unam tantum naturam in Christo Mediatore post incarnationem agnoverunt. De iis Nicephorus Callisti Hist. Eccl. 18, 45. p. 868. Eodem tempore, sub Zenone nimirum et Anastasio, Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi et carnis naturam male prædicantes: et præterea Jacobitarum, Theodosianorum, Julianistarum, et plurimorum aliorum catervæ, Ecclesiæ insultarunt: Οἱ καὶ μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μετὰ τὸν ἄῤῥητον ἕνωσιν πρεσβεύοντές τε καὶ δογματίζοντες, Qui Monophysitæ appellati sunt, quod unam Verbi et carnis naturam post ineffabilem unionem esse sentiant et doceant. Vide de iisdem plura ibid., et cap. 46. περὶ τῶν δύο φύσεων κατὰ μονοφυσιτῶν, De duabus naturis contra Monophysitas, integrum scripsit caput Damascenus, quod est 3. l. 3. de Orthodoxa fide. De his jam actum in voce Ἀκέφαλος, et in Λόγος, num. 1. sub 4. classe hæreticorum χριστομάχων, sub lit. α. De duabus in Christo naturis vide etiam in Φύσις." Suicer. Thes. Eccl.]

Φυσικὸς, Naturalis, Ad naturam pertinens, Naturæ conveniens: ut φυσικὰ αἴτια, Naturales causæ, ap. Cic. Item ἐπιθυμίαι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, Cupiditates naturales et necessariæ, Eod. interpr. Interdum vero voce Natura utitur ad exprimendum adjectivum φυσικὸς, ut cum pro ἐπιθυμίαι οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, dicit, Neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent. Item cum hæc verba, Τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν, φυσικὴν εἶναι, reddit, Natura fieri ut liberi a parentibus amentur. Apud Herodian. 6, (1, 14.) Ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, Polit. vertit, Ceterum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium. Potest alioqui φυσικὸς sæpe reddi Naturalis, ap. Philosophos præsertim, ut φυσικὰ αἴτια reddi vides Naturales causæ, a Cic. Sic φυσικαὶ ὀρέξεις, Naturales, ap. Aristot. E quo affertur et φυσικὴ θεωρία, in fine l. 1 Analyt. Post. Φυσικὴ δὲ θεωρία, ἡ περὶ τῶν ὄντων διαλεγομένη ᾗ ὄντα ἐστί· εἴτε φυσικὰ εἴη ταῦτα, εἴτε ὑπὲρ τὰ φυσικά. Eidem certe alicubi ἡ φυσικὴ et ἡ ἰατρικὴ eadem pene contemplatio est. In VV. LL. φυσικὸς βίος e Seneca redditur Contemplativa vita. Ibid. φυσικὸς redditur etiam Nativus, Naturam sequens, Naturæ familiaris. Afferturque e Xen. (Ἀπ. 3, 9, 1.) Φυσικὸν καὶ διδακτόν. Item φυσικὰ φάρμακα, ut ibid. annotatur, Alex. Trail. appellat Medicamenta et βοηθήματα ἀναιτιολόγητα: ut amuleta, cantiones, s. incantamenta, aliaque id genus, quæ non a qualitatum efficientia, sed a naturali forma totaque substantia suos effectus producunt. Sic Idem ait in eo sensu, φυσικῶς ποιοῦσιν οἱ ὄνοι. Marc. Empir. quoque physica remedia vocat, quæ physice agunt et vi occulta ab insita proprietate. Talia autem Gal. sub methodum cadere negat. Eadem certe opera et περὶ τῆς φυσικῆς δυνάμεως, ut Medici vocant, agendum est. Φυσικὴ δύναμις, i. e. Naturalis facultas, distinguitur bifariam a Gal.: in primas sive principes, et in secundarias sive ministras. Primæ statuuntur triplices, generatrix, auctrix, nutrix. Nam et totidem sunt naturæ opera, quæ primum quidem in utero fingit animal, et omnes corporis particulas efformat, deinde eo in lucem edito omnes ad perfectam magnitudinem perducit: postea vero etiam ut omnes quantum fieri potest perdurent, molitur. Sed formatrix quidem primas absolute partes sustinet, eique in ipso utero auctrix et nutrix famulantur. Ubi vero formatum animal est, usque ad ætatis vigorem, auctrix virtus domiuatur, auxiliatrices et veluti ministras habens alteratricem et nutricem. Nutrix vero a prima formatione ad mortem usque actionem suam exercet. Itaque generatio, auctio, et nutritio prima naturæ operum ac veluti capita sunt: proindeque tres facultates primæ atque principes horum effectrices, quæ tamen tum ipsarum inter se tum aliarum ministerium desiderant, quas secundarias possumus appellare. Hæ numero sunt quatuor, una attractrix, altera retentrix, tertia concoctrix, quarta expultrix dicitur: quæ non in jecinore modo, sed in omnibus vel minimis etiam corporis partibus insunt, genere quidem plane eædem, sed numero valde differentes. Et carnes et nervi et ossa pariter ad sese alimentum attrahunt, sed multum ab invicem dissimile: et concoquunt quidem omnia, sed varia admodum concoctio est, pro cujusque partis natura: et tamen omnes eas vires atque facultates quamvis tam differentes ab jecinore sortiuntur, a quo, tanquam a

fonte, in universum corpus illæ deriyantur. Est enim principium vegetabilis facultatis, qua non animalia modo, verum stirpes etiam et quæcunque alia vivunt, gubernantur. Ac quanquam natura per universum corpus sit diffusa, et omnes actiones ab ea proficiscantur, et nullum opus non possit naturæ tribui, astringitur tamen a Medicis φυσικῆς δυνάμεως, i. e. Facultatis naturalis, nomen ad eas actiones, quarum principium et sedes jecur est. Nam sicut rationalis et irrationalis animæ vim et quæ ad sensum motumque pertinent, in cerebro statuerunt, et in corde irascibilem atque pulsificam, sic in jecinore concupiscibilem et quæcunque nutriendo corpori conveniunt, tanquam in suo fonte collocarunt. Nec interest, ut scripsit Gal., eamne appetitricem s. naturalem s. altricem voces, veluti nec si animam aut facultatem. || Physicus, Naturæ indagator, s. investigator, s. Rerum naturalium; Speculator venatorque naturæ, Cic. interpr. ut ὁ φυσικὸς Empedocles, Aristoteli. Plut. de Primo Frigido, Τῷ δὲ φυσικῷ θεωρίας ἕνεκα μετιόντι τἀληθές: Idem in l. qui περὶ τοῦ μὴ Δεῖν Δανείζεσθαι inscribitur, Τῶν φυσικῶν δή που καταγελῶσι, λεγόντων μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. Et φυσικὰ ὑπομνήματα libri a Physicis scripti in quibus naturam s. res naturales indagant. Interdum et τὰ φυσικὰ, sine substantivi adjectione. Extant vero et τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libri Aristotelis, qui vulgo Metaphysica vocantur. Quidam Supernaturalia interpr., cum potius reddi debeat Postnaturalia, si præpositioni suam signif. relinquere velimus. Hinc etiam Metaphysice vulgo vocatur, quæ de primis rerum principiis tractat. Dicitur autem Metaphysice, ea forma qua Physice, s. Physica ap. Cic., e Græca voce Φυσική. (Φυσικὸς, tanquam a verbo φυσᾷν, aut certe a nomine φύσα, Gaza ap. Aristot. vertit, Flatum ciens, ut i. sit q. φυσώδης.) [" Thom. M. 325. ad Charit. 709. Kuster. Aristoph. 15. T. H. ad Plutum p. 300. et Schol. Conf. c. οἰκεῖος, ad Dionys. H. 1, 293. Φ. υἱὸς, Thom. M. 850." Schæf. Mss. Salmasii not. ad Scr. H. A. 2. p. 457. Οἱ φ., Thales, Ionici philos., Eleatici etc. Plut. Opp. Mor. 142. 161. 770. Ed. Fref. Φ. et θετικὸς sibi opponuntur, ad Greg. Cor. 599. " Φυσικώτερος, Tzetz. Ch. 4, 385. 5, 286." Elberling. Mss. " Σύνθεσις φυσικὴ, Compositio simplex, naturalis, a studio artis et elegantiæ remota. Dionys. Jud. Isocr. 2. et Isæi 3. Σύγκειται φυσικώτερον καὶ ἐσχημάτισται ἁπλούστερον. Unde patet ad φυσικὴν λέξιν hoc pertinere, ut minus sit figurata. Philostr. Vit. Isæi p. 514. hoc dicit κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν, ut Isæi proprium, cui opponit ἰδέαν λόγων ἐπιβεβλημένην περιττήν. Idem in illius discipulis, ut in Marco Byzantino Sophista commemorat p. 528. Eodem modo τὸ φυσικὸν μέτρον Hermog. περὶ Ἰδ. 1. dicit τὸ ἐκ τῆς αὐτοφυοῦς τοῦ λόγου συνθήκης συνιστάμενον, καὶ μὴ ἐπιτετηδευμένον, ὡς παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ut exp. Schol. Anonym. ad h. l. p. 387. Ald. Φυσικοὶ ὕμνοι, Menandro Διαιρ. Ἐπιδ. p. 596. dicuntur Hymni, in quibus natura, vel res naturales juxta laudem Dei alicujus enarrantur, aut describuntur, ut cum Apollo cum Sole componitur atque ita de Solis natura disseritur. Ejusmodi hymnis Parmenides et Empedocles, Plato etiam in Phædro, usi sunt. Menander eos hymnos in ἐξηγηματικοὺς et ἐν βραχεῖ προαγομένους, h. e. Longiores, Diffusiores, et Breviores, dividit. Sunt et alii κατὰ αἰνίγματα, ut Pythagorici." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * " Ἀφύσικος, Id quod natura non capit, Theod. H. E. 1, 4. (3, 378.) Diog. L. 8, 170. ubi vide Menag." Boiss. Mss. Sext. Emp. adv. Math. 10, 10. " Expers ingenii, Diog. L. 7, 150. (Ἦν δὲ * πονικὸς μὲν, ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως.) Vide et meas notas ad Isocr. 263." Corai. Mss.] Φυσικῶς, Naturaliter, Secundum naturam, Convenienter naturæ, Naturali ratione. Cic. pro his Epicuri verbis, Φ. καὶ ἄνευ λόγου, habet ista, Ipsa natura incorrupte atque integre judicante, ut videbis in Cic. Lex. p. 52. Vide et Φυσικῶς, quod pag. præced. in Φυσικὸς allatum ex Alex. Trall. fuit. [Plut. 6, 116. " Ad Phalar. 333. ad Charit. 441. * Φυσικεύομαι, Tzetz. Exeg. in Il. 89, 24. 25. 94, 2." Schæf. Mss. " Theod. Prodr. in Lazerii Misc. 1, 30." Boiss. Mss. Leontius de Sphæra Arati p. 265. Ed. Buhl. * " Φυσίκευμα, Tzetz. Chil. 2, 482. (11. p. 213.)" Elberling. Mss.]

Φύσιμος, ὁ, ἡ, Productivus, Procreativus, Producendi vim habens s. Procreandi. Theophr. C. Pl. 4, (4, 8.) Ἐπεὶ τό γε σπέρμα διαφθαρὲν, οὐ φύσιμον ὅλως ἦν. Idem de vetere frumento loquens, (4, 16, 3.) Ταύτη γὰρ δὴ διάπειραν λαμβάνουσιν εἰ φύσιμος. [" Jo. Diac. in Bandini Anecd. 42." Boiss. Mss.]

[* " Φυσιόω, Simplicius ad Epict. 219. Ὁ διὰ τῆς φαντασίας συνεθισμὸς φυσιοῖ πως ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ ἔχειν ὡς πρὸς συνήθη, Naturam nostram eo adducit. * Φυσίωμα, Naturalis propensio, Hipparchus Stobæi p. 672. Gal. (=574.) Ψυχὰν μεστὰν φαύλων φυσιωμάτων." Schn. Lex. * " Ἐμφυσιόομαι, Innascor, Stob. 289." Wakef. Mss. Ἐμφυσιῶσαι et ἐμφῦσαι conf., Xen. A. 3, 5. Τὸ αἰδεῖσθαι ἐμφ. βουλόμενος αὐτοῖς. * " Συμφυσιόω, Aristot. Categ. 8. Εἰ μή τις καὶ αὐτῶν τούτων τυγχάνοι διὰ χρόνου πλῆθος ἤδη συμπεφυσιωμένη, Made a second nature, a habit." Seager. Mss. Coraio autem, ad Hippocr. Νόμ., ἐμπεφυσιωμένη præponendum videtur.]

[* Φυτὸς, Plantationi aptus, Ezech. 17, 5. Εἰς τὸ πεδίον φ.]

Ἀλώφυτος, ὁ, Locus vitibus et arboribus consitus, VV. LL. sine Auctoris nomine, et sine ullo exemplo. Nec dubium est quin vocabuli hujus compositio aliam interpr. poscat, si modo hæc illius scriptura mendo caret.

" Ἀρτίφυτος, Nuper plantatus s. natus, e Nonno," [" Jo. 15, 5. Opp. Ἀ. 1, 294." Wakef. Mss. " Jacobs. Anth. 9, 138." Schæf. Mss.]

Αὐτόφυτος, E seipso natus, s. Per se, E seipso procreatus: θεὸς, Nonn. (Jo. 3.) Et αὐτόφυτος νάπη, Epigr. Saltus nativus. Ita enim existimo posse nos hic uti voce Nativus: imitando sc. eum Poetam, qui antra olim domos nativas dedisse dixit. At in VV. LL. redditur Nemus sponte consitum, quæ interpr. nullo mihi modo probatur. Malim enim, si unum verbum pluribus reddendum sit, Quod sponte provenit. Ceterum cum istud compositum, Poeticum potius quam Oratorium videri possit, invenitur tamen et ap. Aristot. Polit. 1, 5. ubi vitas, s. vitæ genera αὐτόφυτον ἐργασίαν habentia, has recenset, νομαδικὸν, γεωργικὸν, ληστρικὸν, ἁλιευτικὸν, θηρευτικόν: nec solum dicit habentia αὐτόφυτον ἐργασίαν, sed velut exponens, addit, quæ μὴ δι' ἀλλαγῆς καὶ καπηλείας πορίζοιται τὴν τροφήν. Ubi αὐτόφυτον scio redditum esse Naturalem, sed malim illud ipsum Nativam: ne confundamus αὐτόφυτος cum φυσικός. Sonat certe αὐτόφυτος q. d. Nata eo ipso in loco in quo degunt. Nam si cum Budæo reddas αὐτόφυτον, quæ e terra percipitur et solo patrio, hæc interpr. conveniet nomini αὐτόφυτος juncto cum τροφὴ, non cum ἐργασία. Imo vero nec αὐτόφυτος τροφὴ ita reddi poterit, cum loquemur de ea quam ἁλιευτικὸς, deque ea quam ληστρικὸς βίος suppeditant. [Pind. Π. 3, 83. ἑλκέων.] Libet porro eadem opera et de COMP. Αὐτοφυὴς agere, quod significatione cum illo αὐτόφυτος convenit, sed multo est usitatius, nec Poetarum magis quam prosæ scriptorum est. Ac patet certe latius usus hujus αὐτοφυὴς quam illius αὐτόφυτος. Reddi enim potest Naturæ sponte proveniens, Suapte sponte natus, Nativus, Genuinus, aliisque modis, pro re de qua agitur. Apud Plut. αὐτοφυὴς καρπὸς, Fructus sponte naturæ proveniens s. editus. Possumus certe αὐτοφυεὶς καρποὶ pulcerrime interpretari his Virg. verbis, Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura Sponte tulere sua. Sic δένδρα αὐτοφυῆ possumus ex Eod. interpretari, Arbores quæ—nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt: item, Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras, aut oras. Ut autem habes in illo secundo Virg. loco, Nullis hominum cogentibus; sic Ovid. Cibos nullo cogente creatos dixit, quos Græci αὐτοφυεῖς τροφὰς dicerent. Denique αὐτοφυῆ erant omnia sæculo aureo, quæ e terra percipiebantur: quæ idem Poeta ita describit, Ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec ullis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus. Hoc enim Græce dixeris, Πάντα τὰ τῆς γῆς αὐτοφυῆ ἦν. Sic mella αὐτοφυῆ erant illa quæ quercus dabant, ut testatur Tibullus. Has

autem tot formas interpretationum profero, non solum ut philomusis gratificer, sed etiam ut ad aliarum ejusd. generis vocum interpretationes viam nobis aperiant. Legimus porro et αὐτοφυῆ λουτρὰ ap. Paul. Ægin., ubi non solum Nativa, sed et Naturalia, ut opinor, reddere possis. At supra αὐτόφυτον τροφὴν non itidem utramque interpr. admittere putavi, propter ambiguitatem. Et generalius τὰ αὐτοφυῆ τῶν ὑδατων, Alex. Aphr., ubi Polit. Vividas aquas interpretatus esse fertur. Thuc. autem (1, 93.) αὐτοφυεῖς λιμένας dixit, Nativos, Opere non factos, Arte carentes. Est tamen generalius illud quam hoc; possit enim opus aliquod esse quod omni arte careat. Alioqui certe Theophr. αὐτοφυῆ et τὰ διὰ τέχνης inter se opponit, C. Pl. 3. Τοῦτο γὰρ ἂν εἴη τῶν μὲν πέρας, τῶν δὲ ἀρχὴ, μεταβαίνουσιν ἐκ τῶν αὐτοφυῶν εἰς τὰ διὰ τέχνης. (Sic autem ap. Cic. artificiosæ præsensioni opponitur naturalis divinatio.) Pro eod. fere solet DICERE Αὐτόματον, inquit Bud. Idem αὐτοφυὲς ἄγαλμα Dionysio Areop. ait esse idem QUOD Αὐτόμορφον: nimirum quod sculpitur in materia non secta: ut si in saxo stante et radicato sculpatur statua. Additque talem Ulyssis lectum in Odyssea esse. Huc pertinet et quod ex Hesiodo (Θ. 813.) affertur, λάϊνος οὐδὸς Αὐτοφυής. Denique et αὐτοφυὲς κάλλος dicitur Nativa pulcritudo, minimeque ascititia. Potest vero reddi etiam Naturalis pulcritudo, (ut Cic. dicit Naturalis et non fucatus nitor,) nec non Naturæ pulcritudo: eo modo quo dixit Propert. Naturæque decus mercato perdere cultu, Nec sinere in propriis membra nitere bonis. Ubi simul observa, propria bona posse itidem esse τὰ αὐτοφυῆ. Ubi autem αὐτοφυὴς redditur Genuinus, reddi etiam potest Germanus, ut in h. Synesii l. Τούτους, αὐτοφυεῖς Ὁμηρίδας ἐνόμισα, Genuinos Homeridas, Veros et germanos Homeri imitatores. [" Bibl. Crit. 3, 2. p. 102. Wessel. Obs. 178. Abresch. Lectt. Aristæn. 36. Toup. Opusc. 2, 14. Valck. Diatr. 39. Jacobs. Anth. 6, 123. 313. 9, 215. Huschk. Anal. 107. T. H. ad Plutum p. 261. Aristoph. Fr. 226." Schæf. Mss. " Αὐτοφ. κόσμος, Mundus sponte natus, Suid. v. Μαρκιανός." Schleusn. Mss. Diod. S. 3, 45. χρυσός. " Αὐτοφυὲς, Nativum in oratione, contrarium τοῖς πεποιημένοις, Arte factis, et cum artificio quodam elaboratis: v. Dionys. Jud. Isæi 7. Demetrius Eloc. 27. Θυμὸς τέχνης οὐ δεῖται, ἀλλὰ δεῖ τρόπον τινὰ αὐτοφυᾶ εἶναι τὰ λεγόμενα. Addit, Ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος. Alio loco §. 30. τὸ αὐτοφυὲς et ἀφρόντιστον jungit, in quibus gratæ negligentiæ pars aliqua cernitur. Quinam sit λόγος αὐτοφυὴς, qui idem etiam αὐτοσχέδιος dici solet, explicatum est a Photio Bibl. c. 61. ubi de Æschine Rhetore: Ἔστι δὲ ὁ λόγος αὐτῷ ὥσπερ αὐτοφυὴς καὶ αὐτοσχέδιος, οὐ τοσοῦτον διδοὺς ἀποθαυμάζειν τὴν τέχνην τοῦ ἀνδρός, ὅσον τὴν φύσιν. Alio loco c. 67. ubi de eadem simplicitatis virtute loquitur, ita rem enuntiat: Δοκεῖ αὐτοσχεδίᾳ πως αὐτῷ συγγεγράφθαι· ἐμφύτῳ γὰρ ὁ λόγος ἀνθῶν χάριτι, τὴν ἐκ περιεργίας οὔ τι προσήκατο μόρφωσιν. Suidas: Αὐτοφυέστατον· μὴ ἐπίπλαστον ἔχουσαν κάλλος. Huc pertinet locus Auct. Dial. de Caus. Corr. Eloq. c. 6. ult. Extemporalis audaciæ, atque ipsius temeritatis, vel præcipua jucunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen, quæ sua sponte nascuntur. Hæc sunt plane illa αὐτοφυᾶ. Eodem sensu Innata et Arcessita sibi opponuntur a Quintil. 9, 3, 74. Per se frigida et inanis affectatio, cum in acres sensus incidit, innata videtur esse, non arcessita." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet.: Aristoph. Hephæstionis p. 42. Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς ἀττικήν.] Αὐτοφυῶς, Suapte natura, Sponte naturæ, Native, Genuine: sequendo signiff. quæ nomini αὐτοφυὴς datæ fuerunt. [" Valck. Diatr. 41." Schæf. Mss. Plato Gorg. 68. Οὐ μιμητὴν, ἀλλ' αὐτοφυῶς ὅμοιον. * Αὐτοφυέω, unde * " Αὐτοφυΐα, Menand. Rhet. p. 70. Ed. Heer. e Cod. Par. 1741." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon.]

[* Ἑτερόφυτος, Julian. Ep. 24. * Εὔφυτος, J. Poll. 1, 228. * " Θεόφυτος, Dionys. Areop. 173. Andr. Cr. 165." Kall. Mss.]

[* Καλλίφυτος, Nonn. D. 47. p. 1204. 1214. " Const. Manass. Chron. p. 6(=12. Meurs.)" Boiss. Mss.]

Κατάφυτος, Consitus: Κατάφυτος τῷ ἀσφοδέλῳ, Bud. e Luciano (1, 471.) pro Consitus asphodelo. Idem e Plut. affert, Κατάφυτος τόπος καὶ σύσκιος. Quemadmodum autem κατάφυτος redditur Consitus, sic νεόφυτος a quibusdam Nuper insitus, (ut docebo paulo post,) tanquam a φύομαι significante Conseror, et Inseror. [" Toup. Opusc. 1, 338. Wyttenb. Select. 329." Schæf. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 97." Boiss. Mss.]

Νεόφυτος, Nuper s. Recens natus, genitus. J. Poll. abjectam vocem esse ait, qua tamen usus sit Aristoph.: pro qua dicitur νεογενὴς, ἀρτιγενὴς, ἀρτίγονος, et ἀρτιφυής. Ita VV. LL. quæ tamen an et hæc quatuor synonyma ex J. Poll. afferant, dubium est; nam ea mihi ap. illum quæsita, sed non inventa sunt. Est certe ibi notanda et VOX Ἀρτιφυὴς, itidem pro Nuper natus. Habent vero, ubi de hac voce agunt, sequendo ordinem alphabeticum, etiam ἀρτιφυὴς βλάστησις pro Nuper erumpens germinatio. [" Jacobs. Anth. 11, 391." Schæf. Mss.] Sed et NOMEN Νεοφυὴς in Iisd. legitur, tanquam illam nominis νεόφυτος signif. habens. [* Νεοφυέω, unde * " Νεοφυΐα, Clem. Alex. 189(=221.) τῶν πτερῶν." Kall. Mss.] || Νεόφυτος, metaph. de Eo qui recens ad fidem Christianam accessit. Utitur hac voce Paul. 1 ad Tim. 3, (6.) ubi vult episcopum inter alia esse μὴ νεόφυτον. Ubi vet. Interpr. Græcam vocem retinuit: Erasmus autem interpr. Novitium. A quo etiam dicitur νεόφυτος esse Nuper natus aut insitus. Atque ita vocatum esse a Paulo Recens baptizatum, quod a baptismo censeantur Christiani. Sed si reddatur Nuper insitus, plantatus, dabitur verbo φύεσθαι nova signif. Cum tamen κατάφυτος itidem dicatur pro Consitus, sequi potius illos debemus, qui νεοφύτους vocari dixerunt Novitios in religione, quasi novellas plantas: (etiamsi gen. NEUTRO Νεόφυτον in VV. LL. extet pro Novella planta.) Chrysostomo νεόφυτος est * νεοκατήχητος. [Suicer. Thes. Eccl. Νεόφυτον, Novella planta, plantatio, LXX. Es. 5, 7. Job. 14, 9. Ps. 143, 13. 127, 4. * Νεοφυτεῖον, Gl. Novelletum: * Νεοφυτεία· Pastina. Hoc autem e * Νεοφυτεύω derivandum esset.]

[* Ὁμόφυτος, Theolog. Arithm. 50. Ast. Διὰ τὸ συγγενεστάτην αὐτὴν καὶ ὁμόφυτον εἶναι τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ (τὴν ἑβδομάδα,) nisi leg. ὁμόφυλον. * Πρωτόφυτος, Anal. 2, 211. ad Greg. Cor. 851. " Const. Manass. Chron. p. 76. 120." Boiss. Mss. " Jacobs. ad Meleagr. p. 14. Anth. 9, 138." Schæf. Mss.]

Ἀναφύω, Renasci facio, Rursum produco s. emitto. A Valla vertitur alicubi Refrutico. || Capitur etiam, et quidem frequentius, pro simpl. φύω, Produco, Emitto, Nasci facio, Edo in lucem. Apoll. Rh. (2, 1211.) ὃν γαῖ' ἀνέφυσε. || Ἀναφύομαι, pass. vocè, Renascor, Rursum provenio, exorior: pro qua signif. citatur e Plut. Theseo (17.) Ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαί. Item pro simpl. φύομαι, Nascor, Enascor; et generaliter de quavis re pro Orior, Exorior, Oborior, Suborior. Theophr. (H. Pl. 8, 6, 1.) Ἅμα δὲ συμβαίνει καὶ πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν. Lucian. (2, 901.) Ἀναφύηται αὐτοῖς ἐπιθυμία τῶν ἀρίστων, Illis exortum vel obortum fuerit desiderium. Plut. Pericle, Ἀναφύονται δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, Exoriuntur, vel Suboriuntur. [" Valck. Phœn. p. 257. ad Herod. 227. Fischer. ad Palæph. 157. et Ind., Jacobs. Anth. 8, 155. ad Lucian. 2, 4. 183. Ἀνέφυν, Porson. Med. p. 22." Schæf. Mss. Opp. Ἀ. 5, 5. ἀνθρώπους ἀνέφυσε. * Ἀνάφυμι, Dio Cass. 42. p. 182.] " Ἀμφύω, Æolica et poetica syncope pro " ἀναφύω." [* Ἀναφυὴ, Schleusn. Lex. V. T. * Ἀναφυσις, ibid. " Josephi Hypomn. (73.) p. 160. Fabr. (τῶν τριχῶν.)" Schæf. Mss. Ælian. H. A. 12, 8. * " Ἀνάφυτος, Elleborus albus, Diosc. Notha 473." Boiss. Mss. * " Ἀντανάφυμι, Cyrill. Alex. Glaph. 1, 161." Mendham. Mss. * Ἐξαναφύω, Anal. 3, 2. " Orph. de Terræ M. 36." Schæf. Mss. * Ἐπαναφύω, Ælian. H. A. 10, 13. * " Προσαναφύω, Anna C. 352." Elberling. Mss. * Συνανάφυμι, s. * Συνα-

ναφύω, Clem. Alex. 648. Συνανέφυσαν τῷ πυρῷ. "Idem 754. Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 95." Kall. Mss. "Const. Manass. Chron. p. 54. * Ὑπαναφύω, 88." Boiss. Mss. "Philes p. 152." Schleusner. Mss. Ælian. V. H. 14, 4. * Ὑπεραναφύω, H. A. 10, 13.]

[* Ἀντιφύω, unde ἀντιπεφυκότων, Hes. ἐναντίως πεφυκότων.]

Ἀποφύω, Emitto surculum, item Sero, (si vulg. Lexicis credere dignum est,) unde ἀποπεφυκὼς, Exortus, Emergens. Et Ἀποφύομαι, Exorior. Sed in eo præsertim peccant VV. LL., quod φύω interpr. Sero, licet in quibusdam compp. verbal. interpretandis, pass. ejus participio utamur. Sonat certe ἀποφύω, q. d. Abnascor. Redditur tamen potius Aduascor, s. Agnascor, sicut et hinc deductum ἀποφὰς a Gaza redditur Quod agnascitur. Est autem frequentior usus hujus NOM. Ἀποφὰς, άδος, ἡ, quam illius verbi Ἀποφύω. Redditur alioqui ab Eod. et Appendix. In VV. LL. ἀποφυάδες, Adnata, i. e. Adnascentes ramuli ramis majoribus. Vide Παραφυάς. Afferunt præterea ex Aristot. Τὰς ἀποφυάδας ἀπακοντίζει, pro Spicula agnata ejaculatur. Ex Eod. Ἀποφυάδας τῶν ἐντέρων pro Appendices intestinorum. [Theophr. H. Pl. 1, 6, 6. 7, 2, 5. et 8. Fr. 13, 2.] Alterum autem VERBALE Ἀπόφυσις est Pars ossis extuberans. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς ἐπιφύσιος, quod hæc veluti quiddam sit ossi adnatum, nec tamen sit ossis cui adnatum est portio: ἀπόφυσις vero, Pars sit totius ossis productior et eminens, nihilque a reliquo osse differens, quam quod tuberculi s. gibbi instar ex osse procedit. Ea autem in quibusdam ossibus simplex est, ut in radio: in aliis multiplex, ut in utraque parte brachii, cubiti, femoris, tibiæ, in gena inferna, sphenoide, occipite, osse froutis, temporum, omoplata, et vertebris omnibus. Usus autem varius est, alibi ad tutandas articulorum insertiones, alibi ad firmauda capita musculorum, vel ad munimentum nervorum et reliquorum vasorum, ut docuit Gal. (4, 9.) Qui Græca in Latinum verterunt, ἀπόφυσιν Processum, Excessum, Explantationem, Additamentum subinde interpr. Dicitur et alio nomine in quibusdam ossibus ἔκφυσις. Gorr. [Theophr. H. Pl. 6, 4, 4. Πολυκάλαμον εἶναι καὶ ἀποφύσεις ἔχειν: 6, 5, 4. Ἀποφύσεις ἀφεμένη εἰς τὰ πλάγια: 8, 2, 3. καυλῶν.] Ἀποπέφυκα ponitur in alia etiam signif. in qua ἀπὸ Privandi vim habet. Eam Hesych. minime prætermisit: ἀποπεφυκέναι enim dicit esse ἀλλοτρίας φύσεως εἶναι. Synes. ita usus est, scribens in quadam Ep. Νῦν δὲ ἀδικούμενοι φίλοι βιάζονταί με μεταποιεῖσθαι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως πρὸς ἣν ἀποπεφυκῶς οἶδα, i. e. A qua me natura abhorrere scio, vel alienum esse, A qua naturam meam abhorrere scio, s. alienam esse. Nam si reddis, Ad quam me natura non satis aptum, vel, Ad quam natura ineptum, retines quidem præp. Græcam, sed minus significanter loqueris. "Ἀπόφυμι, i. q. ἀποφύω: unde "infin. ἀποφῦναι, quem Hes. exp. διαστῆναι." [Theophr. H. Pl. 1, 6, 4. C. Pl. 4, 8, 5.]

Διαφύω, Internascor. Sed ipsum potius præteritum διαπέφυκα hanc signif. sequitur. Unde διαπεφυκὸς partic. Quod est internatum, Quod natum est inter, ut ap. Theophr. C. Pl. 3, (7, 9.) Ἐν δὲ τῇ διακαθάρσει τά τε μὴ κάρπιμα διαιρετέον, καὶ ὅσα τῶν ἑτέρων τὴν αὔξησιν ἀφαιρεῖται, καὶ ὅσα διαπέφυκε. Affertur ex Eod. Διαπεφυκότα ἀφαιρέτεον ἐν τῇ διακαθάρσει, Nata inter brachia arborum. Quidam interpr. Pullulantia inter. Bud. pass. quoque διαφύεσθαι ex eo affert pro Enasci, Oriri, de herbis satis. In VV. LL. διαφύω redditur Inhæreo. Cui interpretationi subjungitur hic locus Herodoti, Οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ, ita redditus ab Interpr. Non ita multo interjecto tempore. Sed addunt, χρόνος διέφυ, videri potius reddendum, Tempus erupit. Ego vero, si mendo caret hæc scriptura, crediderim διεφυ dici quasi διαφυὴν ἔσχε accipiendo pro Intervallo, licet alioqui ne hoc quidem διαφυὴ de re hujusmodi usurpari existimem. Hes. διαφῦσαι exp. διελεῖν. Observa autem illud διέφυ tanquam a THEM. Διάφυμι. [" Inhæreo, Plut. 8, 215. Dione 12. Διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. Musgr. Ion. 778. Jacobs. Anim. 202. Anth. 7, 313. ad Plut. 6, 178. Hutt. Crusius ad Suet. 398. Διαπεφυκέναι τινὸς, Addictum esse alicui rei, Aliquid perspectum habere, Toup. Cur. Poster. in Theocr. Præf.; cf. Wyttenb. Select. 431." Schæf. Mss. Philostr. Icon. 2, 33. Διαπέφυκεν ἀλλήλων. Theophr. H. Pl. 3, 17, 2. Ὅταν ἤδη διαφύηται ἐν τῷ ὕδατι: 7, 13, 3. Βραδύτερον δ. ὅσα δυσφυῆ: C. Pl. 2, 17, 7. Διαφύεσθαι καὶ διαβλαστάνειν.] Διαφυὴ, ἡ, Interstitium inter artus, Intervallum. Plato Phædone (§. 47.) Καὶ τὰ μέν ὀστᾶ ἐστὶ στερεὰ, καὶ διαφυὰς ἔχει χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, Interstitia, Intervalla artuum, Discrimina, Bud. subjungens et e Plut. (Cicer. 1.) de Cic. Κἀκεῖνος ἐν τῷ πέρατι τῆς ῥινὸς διαστολὴν ἀμβλεῖαν εἶχεν, ὥσπερ ἐρεβίνθου διαφυήν. [Rima, Fissura, Diod. S. p. 31. "Ad Eund. 1, 181. 347. et Ind. Villois. ad Long. 29. Wakef. S. Cr. 4, 67." Schæf. Mss. Theophr. Fr. 2, 63. Ἡ φλὲψ τῆς Σαμίας γῆς διαφυὴν ἔχει διὰ μέσου, καὶ ἡ δ. βελτίων ἐστὶ τῶν ἔξω. Xen. K. Ἀ. 5, 4, 29. Κάρυα οὐκ ἔχοντα δ. οὐδεμίαν. Διαφυὴ, *Διαφυὰς, Schæf. ad Longum p. 335. Lobeck. Phryn. 497.] Dicitur ETIAM Διάφυσις hac in signif. quod tamen et aliter redditur, sc. Fissura, Rima, Res intercurrens et discriminans. Gaza ap. Theophr. vertit Discrimen, Septum, Septum medium, Rima. Aristot. H. A. 6, 3. fin. Τὰ δὲ δίδυμα τῶν ὠῶν δύο ἔχει λεκίθους, ὧν τὰ μὲν διείργει τοῦ μὴ εἰς ἄλληλα συγκεχύσθαι τὰ ὠχρὰ, τοῦ λευκοῦ λεπτὴ διάφυσις· τὰ δὲ οὐκ ἔχει ταύτην τὴν διάφυσιν, ἀλλὰ συμψαύουσιν: quæ Gaza ita vertit, Ova gemina binis constant vitellis: qui ne invicem confuudantur, facit in nonnullis prætenue quoddam septum albuminis medium: aliis vitelli contactu mutuo sine ullo discrimine junguntur. Apud Diosc. de ebeno arbore, Διαφύσεις λευκὰς ἔχει, quidam interpr. Candidas habet Venas, Lineas, Segmenta, Intervalla, Pectines, Pectinum modo divisiones, Maculas. Ego malim, Intercurrentes lineas, aut Discriminautes, aut tale quid. Nisi voce illa Intervalla contenti esse velimus. Διάφυσις ab Hippocr. vocatur In commissura genu corpus quoddam νευροχονδρῶδες, quod in media commissura eminet, et processus femoris, qui in tibiam inseruntur, distinguit: ut annotat Gal. Comm. 2. εἰς τὸ περὶ Ἀγμῶν. Gorr. [Theophr. H. Pl. 4, 8, 7. 8, 1, 6. Lobeck. l. c. "Heringa Obs. 108." Schæf. Mss. "Διαφύσεις νευρώδεις appellavit Hierophilus τὰ πέρατα τῶν ἐπὶ τοῖς στόμασι τῆς καρδίας ὑμένων, δι' ὧν συμφύονται καὶ συνδοῦνται πρὸς τὴν καρδίαν, Gal. de Dogm. Hippocr. et Plat. 1, 8." Gataker. Mss.]

Ἐκφύω, Gigno, Produco, Edo, sicut et φύω, ac de iisdem, de quibus et hoc. Aristot. de Mundo, Ἡ γῆ κατὰ καιρὸν ἐκφύει πάντα, Omnia suo tempore edit. Theophr. H. Pl. 6, (4, 2.) Ὁ δὲ ἀσφάραγος ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρόν. Lesbonax, Ὁ δὲ υἱούς τε ἐφύτευσε καὶ ἐξέφυσε. Ubi tamen non immerito aliquis additum esse posterius istud miretur. At PRÆT. Ἐκπέφυκα redditur passivo vel neutro verbo, Editus s. Enatus s. Ortus sum, Extiti. Ex Eur. (Alc. 326.) ἐκπεφυκέναι μητρὸς pro πεφυκέναι ἐκ μητρὸς, Natum esse e matre. E Diosc. autem affertur, Ἐκπέφυκεν ἀπὸ κλωνίων, pro Exit a ramulis; sed malim, Oritur e ramulis, Enascitur, reddendo itidem per præsens. Invenitur autem et AOR. 2. Ἐξέφυν, eund. usum habens quem ἐκπέφυκα in illo Eur. loco, cum dicit Soph. (Aj. 1304.) μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, Natus es e matre Cretensi, Natus es matre, sine præp. Vel, Matre Cretensi prognatus es. Sic ap. Eund. (487.) ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς, Nata sum e patre libero. Simul autem observa ἐξέφυν tanquam a THEM. Ἔκφυμι. [" Eur. Phœn. 8. Fischer. Ind. Palæph. Wakef. Ion. 2. De matre, Porson. Phœn. 34. Ἐκπέφυκα, act., Boiss. Philostr. 475. Ἐκφῦσαι, ἐκφῦναι, Musgr. Tro. 765." Schæf. Mss.] Ἐκφυὰς, άδος, ἡ, sicut ἀποφυὰς, Res quæ alii adnata est, ita ut sit velut appendix: unde redditur Appendix. Sonat tamen potius Res quæ ex alia nata est. Aristot. de Part. Anim. 3, 14. Οἱ δὲ πολλοὶ (τῶν ἰχθύων) παρὰ τὴν κοιλίαν ἐκφυάδας (ἔχουσι) πυκνὰς, ἵν'

ἐν ταύταις ὥσπερ ἐν προλακκίοις θησαυρίζοντες συσσήπωσι καὶ πέπτωσι τὴν τροφήν: quæ Gaza ita vertit, Major autem numerus appendices juxta ventrem frequentes obtinet, ut in iis quasi lacunis cibum conditum macerent atque concoquant. Quibus subjungit Aristot. Ἔχουσι δ' ἐναντίως οἱ ἰχθύες τοῖς ὄρνισι τὰς ἀποφυάδας, Sed pisces, contra quam aves, eas appendices sitas habent. AT VERO Ἐκφυὴς huc pertinentem signif. non habet. Redditur enim in VV. LL. Ingenio præstans; et ita ad classem derivatorum a φυὴ referendum fuerit. Sonabitque ἐκφυὴς (si vera est ista quæ illi datur signif., sed ἀμαρτύρως) quasi quis dicat, Qui extra naturam est, i. e. Qui tanto ingenio præditus est ut id consuetum naturæ modum velut egrediatur. [Plut. Mario p. 744. HSt. "Thom. M. 381." Schæf. Mss. * Ἐκφυῶς, Appian. 1, 863. Ἐκφ. ὀχυρωτάτη πόλις.] Ἔκφυμα, τὸ, exp. ἐξάνθημα, quod vide suo loco, [Hippocr. de Insomn. 377. ult.] Ἔκφυσις, q. d. Enascentia. Redditur alioqui Exortus, Ortus, Germinatio, Eruptio, Eruptio germinantium post sementem, a Gaza. Theophr. H. Pl. 8, 11. Σπέρματα ἄριστα πρὸς ἔκφυσιν καὶ σπορά̀ν. Aristot. de Mundo, Δένδρων ἐκφύσεις, Arborum enascentium incrementa. E Diosc. autem l. 4. affertur, Ἐκφύσεις πολλὰς ἔχουσα ῥίζα, pro Radix multis capillamentis fibrata. Ἔκφυσις, Galeno de Usu Partium, Exortus intestinorum, quem e pyloro intestinum excipit: et ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον vocant. Unde ap. Hes. post Ἔκφυσις, βλάστησις, reponitur, ἔντερον, ἐνίοις πυλωρός. Ἔκφυσις, inquit Gorr., est Intestinum a ventriculo pronum. Id ventriculo conjunctum est, nec protinus in circumvolutiones reflectitur, prius quam iis locum præbuerit, quæ in medio inter ventriculum et jejunum spatio locari necesse erat. Itaque cum intestinorum propria videatur esse circumvolutio, quidam ipsam ἔκφυσιν non dignantur intestini nomine, sed vel simpliciter ἔκφυσιν, vel ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον, vel absolute ETIAM Δωδεκαδάκτυλον appellant, quod duodecim fere digitorum longitudinem æquet. Sunt vero et qui non totum eum processum ἔκφυσιν appellandum censent, sed ipsius tantum orificium quo dependet a ventriculo. Ceterum ad hoc intestinum meatus defertur qui bilem ipsam ex hepate in ipsum dimittit. At in osse ἔκφυσις dicitur i. q. ἀπόφυσις. Ἔκφυσις active etiam, Generatio, Procreatio, VV. LL. absque exemplo. [Theophr. H. Pl. 7, 4, 3. 7, 8, 5. 8, 1, 5. 8, 4, 4. C. Pl. 4, 3, 1. 4, 8, 2. "Valck. Phœn. p. 641. Diatr. 128. Toup. Opusc. 2, 271. Append. in Theocr. p. 16. Thom. M. 315. Wakef. Phil. 698. Jacobs. Anth. 9, 497." Schæf. Mss. * "Ἔκφυτος, Athan. 1, 215. sed al. leg. ἔμφυτος: Dionys. Areop. 105. Ἔκφυτος τῆς θεσμοθεσίας, A lege abhorrens: (melius * ἔκφυλος?) * Ἀντεκφύω, Audr. Cr. 146." Kall. Mss. * Συνεκφύω, Philostr. Icon. 2. p. 851. * "Ὑπεκφύω, Emitto, Philes Anim. p. 14. gryphus ὄνυχας ὑπεκφύει, Unguibus armatus s. per naturam instructus est." Schleusner. Mss.]

Ἐμφύω, Ingenero. Apud Hom. Od. X. (348.) dicit Phemius cantor, Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν: Ingeneravit animo meo, Insevit animo meo s. menti meæ, sicut ap. Horat. Natura alicui vitia insevisse dicitur. Xen. (Ἀπ. 1, 4, 7.) Τὸ δὲ ἐμφῦσαι μὲν ἔρωτα τῆς τεκνοποιίας, ἐμφῦσαι δὲ ταῖς γειναμέναις ἔρωτα τοῦ ἐκτρέφειν. Sic ἐνέφυσαν quidam interpr. Ingenerarunt, Indiderunt, in hoc disticho, quod extat ap. Athen. (337.) Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾷν, χὠ νόος ἐκπέταται. Sed de alia interpr. dicam infra. HINC Ἐμπεφυκέναι dicitur aliquid Ingeneratum s. Ingenitum esse, Innatum esse s. Insitum. Eur. (Iph. A. 839.) πᾶσιν ἐμπέφυκε τόδε, Id omnibus insitum est, ab ipsa natura est inditum. Sic et PASS. Ἐμφύομαι, Ingeneror, Innascor, Plut. in Colot. Ὦι μόνῳ ψεῦδος ἐμφύεται καὶ ἀπάτη. Quam signif. sequitur verbale NOM. Ἔμφυτος, Ingenitus, Innatus, Insitus, A natura insitus s. inditus. Redditur et Naturalis, ut Suidæ ἔμφυτον est τὸ ἐκ φύσεως: cui expositioni μῖσος ἔμφυτον subjungit, Διὰ τὸ προϋπάρχον αὐτῷ μῖσος ἔμφυτον. Exposuerat autem ἔμφυτον, et voce ἐγκάρδιον. Apud Dem. legimus itidem ἔμφυτον ἐπιθυμίαν, (1389.) Οἳ γὰρ τὴν ὑπάρχουσαν πᾶσιν ἔμφυτον του ζῆν ὑπερεῖδον ἐπιθυμίαν. Apud Eund. (295.) legimus, Οὐκ ἦν ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφυτα. ["Bergler. ad Alciphr. 128. ad Diod. S. 1, 301. ad Herod. 735. ad Charit. 635. 656. Luzac. Exerc. 30. T. H. ad Plutum p. 112." Schæf. Mss. Æschin. Dial. Socr. 2, 19. Phot. Bibl. Cod. 114. χάρις. * "Ἐμφύτως, Clem. Alex. 612. Andr. Cr. 316." Kall. Mss.] Invenitur autem et ADJ. Ἐμφυὴς, i. declarans q. ἔμφυτος: si quidem verum est quod Eust. scribit, sc. ἐμφυὲς ἦθος esse ap. Pind. (Ὀ. 11, 20.) τὸ ἐμπεφυκὸς καὶ φύσει ὄν. ["Bibl. Crit. 2, 2. p. 102." Schæf. Mss. Julian. Ep. 24. * "Ἐμφυῶς, Greg. Naz. Carm. p. 11., si vera est lectio." Kall. Mss.]

Ἐμφῦναι aor. 2. tanquam a THEM. Ἔμφυμι, (sicut φῦναι tanquam a Φῦμι,) itidemque PASS. Ἐμφύεσθαι, Inhærere, Amplexum inhærere. Cur autem ita malim quam simpliciter Amplecti, docebo mox. Hom. Od. O. (529.) et alibi, Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί: ubi jungenda est præp. cum φῦ, ut sit ἐνέφυ. Quod non animadversum est in VV. LL., ubi postquam φῦ dictum est significare Adhæsit, et Attigit, affertur ille locus, eique subjungitur et hæc expositio, Tetigit s. Apprehendit illum manu, Amplexus est. Quibus additur, esse a verbo φῦμι, per abjectionem incrementi. At ego illam quidem interpr., qua redditur Tetigit, Apprehendit, minime probo. Sed nec Amplexus est, Adhæsit, reddiderim: verum utrumque conjungendo, Amplexus adhæsit, inhæsit, e Virg. Hunc enim mihi persuadeo ad illa Homerica verba respexisse, cum hunc versum scripsit Æn. 8. Accepitque manu, dextramque amplexus inhæsit. Quod si quis de eo quod dixi dubitat, sc. jungendam esse præp. cum φῦ, ut sit ἐνέφυ: Eustathii, ut alios omittam, testimonio probari potest, qui in hunc versum Il. Z. 253. Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε, annotat ἐμφῦναι χειρὶ significare hic quoque χειρὸς λαβέσθαι, καὶ στερεῶς αὐτῆς ἅψασθαι: atque esse quodammodo simile illi, ἐμφῦναι χείλεσιν. In similem autem vel potius eund. versum Il. Σ. (384.) annotat ἐμφῦναι χειρὶ esse φιλικὸν, et eo declarari δεξιώσασθαι. At vero in hunc, qui legitur Od. A. (381.) οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, Τηλέμαχον θαύμαζον ὃ θαρσαλέως ἀγόρευε, scribit, ἐμφῦναι esse ἅψασθαι γενναίως, καὶ ἐμπλακῆναι, et velut εἰς ἓν γενέσθαι: quemadmodum cum quispiam polypum dicit petræ ἐμφῦναι, aut puerum collo matris. Sic etiam ἐμφῦναι χειρὶ, esse χειρὶ χειρὸς ἅψασθαι. Illud igitur, ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες poni pro ἐμπλάκέντες μετὰ δαγμοῦ τοῖς χείλεσι, i. e. ἐνδακόντες τὰ χείλη: quem gestum, θάμβους et ἀπορίας indicem esse addit. Legitur porro ap. eund. Poëtam et præt. tem. PARTIC. Ἐμπεφυυῖα hac in signif. Il. A. 514. Θέτις δ' ὡς ἤψατο γούνων, Ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, ubi annotat idem Schol. PRÆT. Ἐμπεφυκέναι, sicut et ἐμφῦναι, esse ἐγκρατῶς καὶ δυσαποσπάστως δράξασθαι: et ita polypum dici ἐμφύεσθαι τῇ πέτρᾳ. Sic, inquit, Thetis dicitur τοῖς γόνασι τοῦ Διὸς ἐμπεφυυῖα εἶναι. Quin etiam aliquis χερσὶν ἐμπέφυκεν, cum χειρὸς χειρὶ δράξηται. Itemque χείλεσιν ὀδὰξ ἐμφύεται, cum dentibus ἐνδάκῃ τὸ χεῖλος. Et paucis interjectis, Etymologia τοῦ ἐμφῦναι, inquit, talis est qualis τοῦ συμφῦναι. Siquidem ἐμφῦναι videtur esse εἰς ἓν φῦναι, et velut μίαν φυὴν unum fieri cum altero, ἐν τῷ στερρῶς δράξασθαι, ita ut non videantur ἅπτεσθαι, sed προσπεφυκέναι, i. e. κατὰ φύσιν ἡνῶσθαι, aut φύσει ἓν εἶναι: ut dicitur, τρίχες κρανίῳ ἐμπεφύασι. Quos Eustathii locos libuit in unum colligere, ut alter alteri lucem afferret, vel potius ut alter alterum confirmaret. Sunt porro diligenter observanda duo illa exempla quæ affert verbi ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι, in quibus possunt itidem reddi Virgiliana illa voce Inhærere. Nec enim dubium est quin ut dicitur puer τῷ τραχήλῳ τῆς μητρὸς ἐμφῦναι, ita dici queat Collo matris inhærere, eum etiam Humeris abeuntis inhærens, dixerit Ovid. At polypum ἐμφῦναι πέτρᾳ reddere possumus e Plin. Adhærescere. Quod vero attinet ad tertium illud exemplum, τρίχες κρανίῳ

ἐμπεφύασι, malim, ut hic ἐμπεφύασι ponitur pro φύσει ἔνεισι, sic et in ceteris ll. ἐμφῦναι exponere φύσει ἐνεῖναι, quam altero modo, quippe qui nescio quid longius petitæ subtilitatis habere videatur. Nihil certe magis adhæret quam quod natura insitum est. Invenitur porro et PASS. Ἐμφύεσθαι ap. hunc Poëtam usum eund. habens, in ultima Od. rhapsodia, (409.) Ὡς δ' αὔτως παῖδες Δολίου κλυτὸν ἀμφ' Ὀδυσῆα Δεικανόωντ' ἐπέεσσι, καὶ ἐν χείρεσσι φύοντο, ubi annotat idem Schol. positum hic esse κατ' εὐθὺ, quod alibi ὑπερβατῶς positum sit, cum dicit, Ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί: sic tamen ut ne hic quidem sit φράσις συνήθης: siquidem τὸ κοινότερον esse ἐνεφύοντο χείρεσσιν. Hanc certe pass. vocem ἐμφύεσθαι, in soluta oratione multo frequentiorem esse puto quam ἐμφῦναι. In VV. LL. e Plut. Camillo (35.) Ἐμφυομένων αὐτοῖς τῶν Σουτρίνων, Eos amplectentibus Sutrinis. Ex Ejusd. Fab. Ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις, καὶ κατεφίλουν, Amplexi invicem jungebant oscula. Sed malim, Sibi impliciti hærebant. Tale est ap. Ovid. Implicuitque suos circum mea colla lacertos, τῷ ἐμῷ τραχήλῳ ἐνεφύετο. Apud Eund. Colla nectuntur lacertis, item cinguntur, aut circumdantur. Sed et Brachia vincta collo dixit Idem, quod paulo etiam magis verbi ἐμφῦναι vim exprimere videtur. Jam vero ut dicimus Gallice, metaphora utentes, S'attacher à quelque chose, sic etiam ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι nonnunquam metaphoricum hunc usum obtinet. Plut. de Def. Orac. Ἀγαπητῶς ἐμφύεσθαι τῷ ῥήματι. || Ἐμφύω quoque hanc τοῦ ἐμφῦναι s. ἐμφύεσθαι signif. aliquando sequitur, si quidem iis credere velimus, qui in illo versu quem antea protuli, Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, volunt οὐκ ἐνέφυσαν significare, Non ita indiderunt ut adhæresceret. Sed ego non video quid obstet quominus simpliciter reddamus Ingenerarunt, vel Inseverunt, sicut Insevisse vitia dicitur natura ab Horat. Sic ἔμφυτος, Insitus, uti dixi. [" Ἐμφύω, Wakef. Ion. 909. Heyn. Hom. 5, 245. 430. Boiss. Philostr. 475. Plut. Alex. p. 38. Schm., Bast Lettre 131. Toup. ad Longin. 357. Opusc. 1, 383. Lobeck. Aj. p. 384. Schol. ad Il. 22. p. 38. Valck., Wessel. ad Herod. 238. 735. Ilgen. ad Hymn. 450. Ἐμφυῇ, Xen. Hier. 7, 3." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 10, 19. Ἐμφ. τοῦ δήγματος, ὅπερ ὁ ἔχις: 14, 18. τοὺς ἐμπεφυκότας ὀδόντας. Eur. Iph. A. 839. Πᾶσιν τόδ' ἐμπέφυκε. Theophr. H. Pl. 1, 10, 7. Ὥσπερ ἐμπεφυκότα μίσχον: C. Pl. 5, 15, 4. Ἐμφυόμενα καθάπερ ὁ κιττός. * Ἐμπεφυκότως, Timæi Lex. Plat. 47. v. Ἀπρίξ. " Schol. Theocr. 15, 68." Boiss. Mss.]

Ἔμφυσις, Ingeneratio, Ipsa actio ingenerandi, [Æschylus Plutarchi 10, 474.] At de Ἔμφυτος dictum est supra.

[* " Διεμφύομαι, Procl. ad Hesiod. Ἀ. 349. p. 100. Heinrich." Schleusn. Mss.] Ἐνεμφύομαι, Innascor, Ingenitus sum, cum dat. VV. LL. [ex Aldina Ed. Herodoti 3, 80. Φθόνος ἀρχῆθεν ἐνεμφύεται ἀνθρώπῳ, sed vera scriptura est ἐμφύεται. * Μετεμφύομαι, unde] " Μετέμφυτος, quod ex Epigr. affertur pro Insitus. " Potius est Ex uno in aliud insitus." [" Cyllen. 1. Jacobs. Anth. 10, 250." Schæf. Mss.] " Παρεμφύομαι, Juxta s. Præter innascor: unde παρενεφύετο, " quod e Luciano (8, 313.) affertur pro Juxta pullulavit."

Ἐπιφύω, Insuper produco s. edo. Sed major usus est præt. ἐπιπέφυκα, et quidem signif. neutra: unde ἐπιπεφυκῶς ap. Diosc. 4, 249. de chamædaphne, Καρπὸν δὲ (ἀνίησι) περιφερῆ, ἐρυθρὸν, τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα, ubi quidam interpr. Fructum emittit foliis innatum et adhærentem: Ruell. Annexum foliis· ἐπιπεφυκῶς a Plat. pro Agnatus s. Innatus, poni testatur Bud. Idem particip. PASS. Ἐπιφυεὶς exp. Agnatus, Post natus, ap. Greg. Naz. Ὃς πολλοῖς τοῖς ἐγγύθεν γενομένοις ἐπιφυεὶς, πάντας φιλανθρώπους ἀπέδειξε. At ἐπιφυέντες pro Complexi, Cohærentes, [In hostes incitati et illati,] in VV. LL. ex 2 Macc. 15. (17.) Ibid. affertur et THEMA Ἐπιφυμι pro Adnascor, Exto: unde sit ἐπιφὺς, Qui extitit. At de ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ, quod ap. Synes. legitur, dicam mox in Ἐπιφύομαι. || Ἐπιφύομαι, Insuper nascor, q. d. Supernascor. Redditur et Adnascor, Accresco. Interdum vero est Adhæreo, Adhæresco. Plut. (6, 19.) Καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι παραινέσαιμεν; Suidas locum quendam affert, in quo ἐπιφυόμενος exp. περιπλεκόμενος: quæ signif. illi vicina est. Verba autem illius loci sunt hæc, Τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος, ἐδεῖτο βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι. Ubi animadverte duplicem dat., sicut ap. Hom. habet verbum ἐμφῦναι, quoties dicit, Ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. Nec video quid obstet quin itidem illam exp., quæ huic ἐμφῦναι datur, illi ἐπιφύεσθαι tribuamus. Idem porro Suid. ἐπεφύοντο exp. κατήρχοντο, et ἐπεχείρουν, in hoc, quem subjungit, loco, Νυκτὸς γενομένης, ἐπεφύοντο τοῖς δυσίν. Idem in alio exp. ἐπιχειρῶ. Cujus usus exemplum et Bud. afferens, Ut Græci, inquit, ἐπιφύομαι pro ἐπιχειρῶ et Invado, sic nos Adorior dicimus. Greg. Naz. de Spir. Sancto, Μή μοί τις ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων: in Athan. Καὶ τοῖς κουφοτέροις ἢ δειλοτέροις ἐπιφυόμενος. Plut. (8, 774.) Ὅπερ οὖν εἰκὸς τοῦ λόγου λεχθέντος ἐπεραίνετο, τῶν μὲν, ἐπιφυομένων τῷ δόγματι, τῶν δ' ὑπερδικούντων. Ex Eod. affert in Pompeio (51.) Ἐπιφυομένου δὲ Πομπηΐῳ Μαρκελλίνου, ubi exp. etiam, In Pompeium insurgente. Ex Eod. in Antonio (58.) Ἐπεφύετο δὲ τῶν γεγραμμένων μάλιστα τῷ περὶ τῆς ταφῆς, ubi reddit Accusabat. Sed hujusmodi interpretatio vim Græcæ vocis nullo modo exprimit. Perinde enim est ac si dicas Gallice, Il s'attachoit principalement à ce point là: quod certe verbum nostrum similem etiam metaphoram habet. At Latine dixeris, sed non servata itidem metaph., Hoc urgebat maxime. Nec tamen nego aliquam interim Accusandi signif. s. Reprehendendi verbo illi subesse, adeo ut ita etiam reddi fortasse queat, Inter illa quæ reprehendebat s. accusabat, hoc urgebat maxime. Eodem sane modo quo hic dicitur ἐπιφύεσθαι scripto alicui, sic ab Eod. dici ἐμφύεσθαι τῷ ῥήματι, videbis supra in Ἐμφύομαι, ubi admonui itidem de illa Gallica voce S'attacher. Jam vero et ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ Idem ap. Synes. vertit Infestantibus Cyrenem, et impetentibus, ubi ille scribit, Σπαράττεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐνδεικτῶν κακῶς ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ. Sed non video quid obstet quominus ἐπιφύντες τῇ Κυρήνῃ sint οἱ ἐπιπεφυκότες, s. οἱ ἐπιφυέντες, eod. modo quo habuimus paulo ante e Greg. Naz. Ὃς πολλοῖς τοῖς ἐγγύθεν γενομένοις ἐπιφυείς. [" Plut. Mor. 1, 20. ad Charit. 297. (704.) Diod. S. 2, 631. Plut. Alex. 132. Schm., Wyttenb. Select. 258. 302." Schæf. Mss. Polyb. 12, 11. Ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ.]

Ἐπίφυσις, Accretio, Accrementum. Theophr. H. Pl. 1, 1. Ἀεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει τὰ δένδρα κατ' ἐνιαυτὸν, ὁμοίως ἐν τε τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰς ῥίζας, ubi ἐπίφυσιν λαμβάνει e Colum. redditur Capiunt incrementum. Est ἐπίφυσις et Quod agnascitur, ut inquit Bud., qui etiam subjungit ex Athen. (357.) Ὅσα τραχεῖαν ἔχει τὴν ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος, de iis piscium generibus quæ δαρτὰ vocantur, sunt autem in numero τῶν ταριχηρῶν. At VERO Ἐπιφυάδες pro Propagines e Theophr. [H. Pl. 1, 6, 6.] in VV. LL. || Ἐπίφυσις ap. Anatomicos, Unitio ossis cum altero osse, quasi os unum alteri innatum sit. In epiphysi enim ossa in se mutuo subeunt, quo securius uniantur, et fere ad ossis alterius finem portio hæc majoris ossis per ἐπίφυσιν agglutinatur, tanquam natura sui oblita os brevius fecerit, quod deinde epiphysi addita producat atque perficiat. Ceterum quid ἐπίφυσις differat ἀπὸ τῆς ἀποφύσεως, Gal. de Ossibus annotavit, scribens, ἀπόφυσιν Totius ossis partem esse; ἐπίφυσιν vero, non esse Partem ossis, sed Aliquid ossi adnatum. Hæc et plura Gorr., quem consule. [" Apoll. Dysc. 81. ad Lucian. 1, 299. Wakef. S. Cr. 5, 89. Bast Lettre 51." Schæf. Mss.]

[* Παρεπιφύω, Achill. Tat. 1, 15.] " Προσεπιφύομαι, Insuper adnascor, Bud." [" Clem. Alex. 488." Wakef. Mss.]

[* " Καταφύω, Plut. Opp. Mor. sect. 442. T. 2. p. 808. Wytt. Τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε." Seager. Mss. Καταφύομαι, unde] " Καταφυὲν, Hesychio γεννηθὲν, Genitum, Or-

"tum." [Κατέφυ, Eid. ἐγεννήθη. Κατεφύοντο, Photio κατέτρεχον. * "Κατάφυσις, Psyllium, Diosc. Notha 467." Boiss. Mss. Κατάφυτος vide supra.]

[Μεταφύω, Postea nascor, Hippocr. de Carn. 251. sed leg. μεταφύντες pro μεταφύοντες.] "Μεταφύομαι, Transformor, Naturam muto, Plato Tim." [* Μετάφυμι, unde μεταφυναι, Suidæ et Photio μεταπλασθῆναι: cf. Philostr. 19. 781. Boiss. 190.]

tenb. Select. 306. Brunck. Trach. 785." Schæf. Mss. Ptolem. de Jud. Fac. p. 8. φυσικῶς ἀναφ. De servis, Artemid. 1, 58. ἐλευθερίαν, Proclamare in s. ad libertatem: vide Vales. Emend. p. 22.] Ἀναφώνημα, τὸ, SIVE Ἀναφώνησις, ἡ, Exclamatio, Pronuntiatio rei alicujus alta voce. Plut. Pompeio (13.) Ἔνιοι δέ φασιν ἐν Λιβύῃ πρῶτον ἀναφώνημα τοῦτο τοῦ στρατοῦ γενέσθαι. Gal. de Sanit. tuenda, l. 5. Καὶ τὰς καλουμένας ὑπὸ τῶν φωνασκῶν ἀναφωνήσεις παρελάμβανον. Idem ibid., Ὅτι δὲ καὶ ἀναφωνήσεις ἐν μεγέθει τε καὶ τῇ κατ' ὀξύτητα τάσει τῆς φωνῆς ποιητέον ἐστὶν ἐπὶ τούτων, οὐκ ἄδηλον. Quibus in Il. Turn. vertit Vocis excitationes, Vociferationes. In VV. LL. Ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, Dicta ac responsa, Negata et affirmata. [Ἀναφώνησις, Cæl. Aur. Chr. Morb. 1, 1. * "Ἀναφωνητικός, Abresch. Æsch. 2, 34." Schæf. Mss. Eust. 1964, 47. * "Ἀνταναφωνέω, Binii Conc. Gen. 2, 39. * Ἐπαναφωνέω, Sext. Emp. M. 1, 130. * Προαναφωνέω, Prædico, Chrys. in Gen. 95. Tzetz. in Lyc. 15. Ante exclamo, Athan. 1, 167. Method. 424. 437. Andr. Cr. 45. 92. 113. Euseb. H. E. 11. 359. 427. Iren. 300. Cyrill. Hier. 249. Cum gen., Clem. Alex. 656. Cyrill. Hier. 87. 749." Kall. Mss. "Schol. Aristoph. N. 862. Argum. Soph. Œd. C. Schol. Il. E. 662. Od. A. 154. Saraceuica Sylb. p. 65. Procop. Gaz. ap. Yriart. Catal. Matrit. 265. Euseb. V. C. 1, 38. p. 351." Boiss. Mss. Schol. Soph. Aj. 752. Eust. Il. A. p. 71, 17. Od. A. p. 24, 18. Dionys. H. 2. p. 65, 32. * Προαναφώνημα, Præsignificatio, Tzetz. Lyc. 15.] "Προαναφώνησις, Ex-"clamatio quæ ante rem aliquam fit. In VV. LL. "exp. Prædictio." ["Proclamatio, Athen. 212." Schw. Mss. "Vaticinatio, Clem. Alex. 316." Kall. Mss. Schol. Pind. Π. 1, 7. "Didymus ap. Wolf. Anecd. 4, 15. Phot. Bibl. 385. Hesych. v. Ἐλελεῦ, Schol. Aristoph. N. 863. 1325. 1506." Boiss. Mss. "Eust. 94, 23. Chrys. in Gen. Hom. 51. T. 1. p. 402, 6. * Προαναφωνητὴς, Pseudo-Chrys. Serm. 13. T. 7. p. 278, 11." Seager. Mss. * Προαναφωνητικὸς, Eust. Od. Ψ. p. 807, 4. 843, 45. * Προαναφωνητικῶς, Il. A. p. 97, 47. Od. Φ. p. 749, 41. * Προσαναφωνέω, Clem. Alex. Strom. p. 543, 21. Philostr. Apoll. 5. p. 192. * Προσαναφώνησις, Schol. Il. A. 218. Osann. Anal. 98.]

Ἀντιφωνέω, Contra sono, Contrarium sonum edo, Obloquor, interdum absolute, interdum cum accus. Soph. El. (1501.) Πόλλ' ἀντιφωνεῖς· ἡ δ' ὁδὸς βραδύνεται: ubi πολλὰ potest adverbialiter sumi: (Aj. 773.) ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄρρητόν τ' ἔπος. Anacr. in Ode quæ prima est in mea Ed. Κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλους Ἡρακλέους· λύρη δὲ Ἔρωτας ἀντεφώνει. I. e., ut ibi olim interpretatus sum, Jamque Herculis labores Canebam; at illa contra Sonabat usque amores. Dicitur et cum dat. ἀντιφωνῶ σοι, Obloquor s. Contradico tibi. Suidas ἀντιλέγω σοι exp. ‖ Ἀντιφωνέω, Constituo me soluturum, Expromitto, Bud. e Pand. Sæpe usurpatum reperitur in Const. Novellis Justiniani, ut p. 291. meæ Ed. Εἴποτέ τις ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἢ ὑπὲρ ἄλλου προσώπου ἀντιφωνήσῃ, λέγων τυχόν τινι, τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ. Suidas item ἀντιφωνῶ σοι exp. non solum ἀντιλέγω σοι, sed et ἐγγυῶμαί σοι. [Respondeo, sc. literis alicujus, Polyb. 8, 18, 11. 8, 19, 8. 15, 18, 6. "Spondeo, Fidejubeo, (ut Lat. Respondeo, Salmas. de Modo Usur. 718.) Suid. v. Ἐγγυώμεθα." Schleusner. Mss. "Soph. Phil. 1065. Wakef. Eum. 303. Abresch. Æsch. 2, 45. Lobeck. Aj. p. 337." Schæf. Mss. Aristot. Probl. 9, 16. 18. 34. 39. Ἀντίγραφα ἀντιπεφωνημένα, Inscr. Chishull. p. 150.] Ἀντιφώνησις, ἡ, Contradictio, qua velut contrarius sonus editur. Sequendo autem posteriorem illam verbi Ἀντιφωνῶ signif., est Expromissio, ET Ἀντιφωνητὴς, Expromissor, Bud. Vide ap. Justinian. Constit. nov. opere, Constit. 115. Item p. 360. meæ Ed. Ἀντιφωνήσεις καὶ δανείσματα ὑπέρχονται. [* Ἀντιφώνητος, unde] "Ἀναντιφώνητος, Responso carens, "Cui responsum non est. Cic. ad Att. 6, 1. Ecce "autem alia pusilla epistola, quam non relinquam "ἀναντιφώνητον. Eidem Ἀναντιφωνησία est τὸ οὐκ "ἀντιφωνεῖν, Non respondere, ut 15, 13. ad Eund., "Inducias quas scribis, non intelligo fieri posse: "melior est ἀναντιφωνησία, qua me usurum arbitror. "Alioqui ἀναντιφωνησία est etiam Non contradicere, "s. Contradictionis retentio: et Ἀναντιφώνητος, Cui "nihil contradicitur vel contradici potest, ut ἀναν-"τίλεκτος et ἀναντίρρητος."

[* Ἀποφωνέω, Gl. Declamo. * "Ἀποφώνημα, Sen-"tentia, vel γνώμη, responsiva, Jul. Rufin. 19." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * Ἀναποφωνέω, Schol. Eur. Or. 340. Osann. Anal. 98. "Ptolem. de Jud. Fac. p. 8." Kall. Mss. * Διαποφωνέω, Dissentio, Discrepo, Diod. S. 625. * Προαποφωνέω, Foës. Œcon. Hippocr. v. Ἀπαυδάω.]

Διαφωνέω, q. d. Voce dissideo s. sono, Dissono, Dissentientem sonum edo. Ponitur et generaliter pro Dissentio, Dissideo, Discrepo, cum dat. Aristot. Eth. 10, (1.) Ὅταν οὖν οἱ λόγοι διαφωνῶσι τοῖς κατὰ τὴν αἴσθησιν, καταφρονούμενοι καὶ τἀληθὲς προσαναιροῦσι. Paulo post συνῳδὸν εἶναι huic opponit, Συνῳδοὶ γὰρ οἱ λόγοι τοῖς ἔργοις ὄντες, πιστεύονται. Sic et Polit. 7. Διαφωνεῖ ταῦτα ἀλλήλοις. At vero Eth. 9, (8.) alia forma dixit, Τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ ἃ δεῖ πράττειν καὶ ἃ πράττει. Invenitur junctum et præpositioni πρὸς, ut ἀρχαὶ πρὸς τὰ τέλη διαφωνοῦσι, e Phal. Epist. Passive autem διαφωνεῖσθαι dicitur aliquid, de quo aliqui inter se non consentiunt, sed dissident; vel brevius, quod controversum est. Quin etiam præteritum διαπεφώνηται per præsens reddidit Linacer ap. Gal. Controversum est. Apud Eund. PARTIC. Διαπεφωνημένον, In controversiam adductum, Controversum, Discrepanter dictum, Discrepans. ‖ Διαφωνεῖν, pro Exanimari, sæpe ἐν τῷ περὶ Ἱππιατρικῶν, ut testatur Bud. [Suidæ τὴν ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφιέναι.] Huc pertinet quod legimus ap. Moschop. διαφωνεῖν dici interdum ὅταν ἐπιχειρήσῃ τις ὑπὲρ δύναμιν βοῆσαι, εἶτα μένει ἀχανής: qualia accidunt, inquit, iis qui παρὰ τὴν δύναμιν ἐπιχειροῦσι βοᾷν. At in VV. LL. legitur διαπεφώνηκεν, Extremam vocem edidit, Expiravit, e Chrys. ["Valck. Phœn. p. 144. Diatr. 45. Phalar. 206. ad Diod. S. 2, 84. ad Dionys. H. 1, 113. Heind. ad Plat. Gorg. 118. Animam efflo, ad Diod. S. 1, 208." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Polyb. 22, 26. Ἐὰν δέ τι διαφωνήσῃ τῶν χρημάτων, Si quid desideratum fuerit. Διαπεφωνήκαμεν, Hesychio ἀπωλόμεθα, Lat. Conclamatum est: vide Interprr.: Jambl. V. P. 372. 496. Valck. Schol. in N. T. 1, 521. * Διαφώνημα, Tzetz. Exeg. in Il. p. 22, 13.] Διαφώνησις, ἡ, Dissensio, Discrepantia. ITEM Διαφωνητικὸς, Qui talis est ut ab aliis dissentire soleat, Qui est ingenio ad dissentiendum propenso. Quidam e Plin. interpr. Discordialis; sed is in activa potius signif. hoc vocabulo usus est. [* Προδιαφωνέω, T. H. ad Hesych. v. Διαπεφωνήκαμεν.]

Ἐκφωνέω, Vocem altam edo, Exclamo, Plut. Cæsare. Item Prononutio, Exprimo, ut dicimus Exprimere literam vel syllabam: veluti cum dicunt Gramm., solere Ionas ἐκφωνεῖν literam ι, dicentes πατρώϊον et ὑπερώϊον: aut vicissim dicunt literam quampiam non ἐκφωνεῖσθαι, sed manere ἀνεκφώνητον. Habet ἐκφωνῶ et aliam Exprimendi signif. In Pand. enim poni testatur Bud. pro Exprimo, i. e. Expresse dico, Nominatim dico, ut fit in contractibus. Verbale ἐκφώνησις ab Eod. redditur Vocis emissio: et ita ἐκφωνεῖν inter alia significaret etiam Vocem emittere: sed e Gal. de Ludo Pilæ affertur φωνὰς ἐκφωνεῖν, ubi ἐκφωνεῖν simpliciter sonat Emittere, cum addatur accus. φωνὰς, significans Voces. In VV. LL. redditur etiam Nuncupo, Nomine dono. ["Eran. Philo 156." Schæf. Mss. * "Ἐκφώνημα, Greg. Naz. Or. 23. p. 146." Boiss. Mss. "Sermo ecclesiasticus, Euseb. H. E. 180." Kall. Mss.] Ἐκφώνησις, ἡ, Exclamatio, Peculiariter etiam de ea quam agnoscunt Rhetores, Macrob. 4, cap. ult., Exclamatio, quæ ap. Græcos ἐκφώνησις dicitur, habet pathos. Item Pronuntiatio, Vocis emissio. Bud. e Damasceno. Est etiam Expressio, idque duplici signif., sequendo ea quæ modo in Ἐκφωνεῖν dicta fuerunt. ["Eran. Philo 156. Koen. ad Greg. Cor. 21." Schæf. Mss. * Ἐκφωνητὴρ, unde * Ἐκφωνητήριος, e quo * Ἐκφωνητήριον, τὸ, Euseb. V. Const. 468. * Ἐκφωνητὸς,

unde] Ἀνεκφώνητος, ὁ, ἡ, Non pronuntiatus, expressus, ut cum dicitur aliqua litera manere ἀνεκφώνητος, i. e. οὐκ ἐκφωνεῖσθαι. Vide Ἐκφωνέω. Redditur alioqui ἀνεκφώνητος et voce Ineffabilis. [Schol. Aristoph. A. 1150. * Δυσεκφώνητος, Eust. Il. A. p. 57, 42. * Ἀπεκφωνέω, unde * Προαπεκφωνέω et * Προαπεκφώνησις, Bekk. Anecd. 3, 1451. * Συνεκφωνέω, Una enuntio, Simul exprimo, Athenag. 186. " Una pronuntio, Euseb. H. E. 237. Perperam ap. Suid. legi in Ἀέτιος vult Kuster." Kall. Mss. " Achill. Tat. 1, 12." Boiss. Mss. " Longin. 38." Seager. Mss. Eust. Il. A. p. 9, 33. 17, 40. Od. A. p. 57, 48. * Συνεκφώνησις, Il. A. p. 9, 31. 39. 52. 10, 2. 19, 39. Clem. Alex. Str. 854, 9.]

[* " Ἐμφωνέω, Acclamo, Clem. Alex. 85." Kall. Mss. Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 161. * " Ἀπεμφωνέω, Orig. Philoc. 5." Kall. Mss.]

Ἐπιφωνέω, Acclamo, Dictum aliquod cum acclamatione iis quæ dixi subjungo. Plut. (9, 441.) Ὁ μὲν Πίνδαρος τοῦ Ἀρτεμισίου μνησθεὶς, ἐπιπεφώνηκεν ὅτι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας. Sæpe autem cum dat. ponitur, ut, Ἐπιφωνεῖ τούτοις, vel, Ἐπιφωνεῖ τοῖς εἰρημένοις. Sed idem Scriptor junxit etiam præpositioni εἰς, habenti suum accus. Nam in Vita Luculli, postquam narravit quod ab Horat. commemoratur, Ep. 1. chlamydes Lucullus, ut ajunt, Si posset centum scenæ præbere rogatus etc. subjungit, Εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα, πλείονα τῶν φαινομένων ἐστὶ, In quam rem ita exclamavit Flaccus poeta, Qua de re ita pronuntiavit cum exclamatione, Cui historiæ verba hæc cum exclamatione subjunxit. Nisi malis, utendo voce epiphonema, ut satis recepta, Hoc epiphonema subjunxit, attexuit. Intelligit autem hos versus Horatii, Exilis domus est ubi non et multa supersunt, Et dominum fallunt, et prosunt furibus. Sed cum hæc non e sua, sed ex aliorum sententia dicat Poeta, videtur mihi Plutarchus, ut hoc obiter addam, debuisse potius dicere, ὡς οὐ νομίζεται πλοῦτος, etc. quam ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον. ‖ Ἐπιφωνέω, Inclamo, inquit Bud. ea signif. qua legitur ap. Fabium, ex Orat. Sexti Cælii, Excitare conabantur, nomen inclamabant. [Soph. Œd. C. 1762. " Lobeck. Aj. p. 363. ad Mœr. 74. Abresch. Lectt. Aristæn. 92." Schæf. Mss.] Ἐπιφώνημα, τὸ, Acclamatio, (potius quam Exclamatio, ut habent VV. LL.) sequendo ea quæ modo in Ἐπιφωνῶ dicta fuerunt. Aut etiam, Dictum quod acclamatur (si ita loqui licet) alicui sententiæ. Fab. 8, 5. postquam dixit enthymema non semper ad probationem adhiberi, sed aliquando ad ornatum: et hæc in exemplum attulit, Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum te ad ipsorum crudelitatem acuet oratio? Subjungit, Non quia sit ratio dissimilis, sed quia jam per alia, ut id injustum appareret, effectum erat. Et addita in clausula est, epiphonematis modo, non tam probatio, quam extrema quasi insultatio. Est enim ἐπιφώνημα, rei narratæ vel probatæ summa acclamatio: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Qui locus Quintiliani videndum est quomodo convenire possit cum illo Demetrii Phal. loco, in quo scribit, Δόξειε δ' ἂν καὶ τὸ ἐνθύμημα ἐπιφωνήματος εἶδός τι εἶναι, οὐκ ὂν μὲν, οὐ γὰρ κόσμου ἕνεκεν, ἀλλὰ ἀποδείξεως, παραλαμβάνεται, πλὴν ἐπιλεγόμενόν γε ἐπιφωνηματικῶς. Quibus subjungit, Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ γνώμη ἐπιφωνουμένῳ τινὶ ἔοικεν ἐπὶ προειρημένοις· ἀλλ' οὐδ' αὕτη ἐπιφώνημά ἐστι· καὶ γὰρ προλέγεται πολλάκις· λαμβάνει μέντοι χώραν ποτὲ ἐπιφωνήματος. Ut vero dicit Quintil. sententiam illam, quam protulit, non tam esse probationem quam extremam quasi insultationem: ita Demetr., aut potius quicunque est libri illius Auctor, hanc sententiam, Νήπιος, οὐδ' ἄρ ἔμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξειν, dicit epiphonema non esse, (siquidem neque ἐπιλέγεσθαι, neque ἐπικοσμεῖν,) nec ullo modo ἐπιφωνήματι similem esse, sed προσφωνήματι, vel ἐπικερτομήματι. Est enim ἐπικερτόμημα quod Quintil. Insultationem appellat. Ceterum cum hic, ut ad prima illius verba redeam, enthymema non semper ad probationem adhiberi dicat, sed aliquando ad ornatum, et illum Cic. locum in exemplum afferat, perperam Erasmus, et post eum alii, scripserunt, epiphonema esse, rei narratæ, vel probatæ summam acclamationem. Narratæ, ut ap. Virg. Tantæ molis erat etc. Probatæ, ut ap. Cic. Quorum igitur impunitas etc. Sed hæc hactenus. Illud addam, videri ap. quosdam Scriptt. Epiphonematis appellationem multo patere latius. Apud Martialem quidem certe sententiæ s. dicta, quibus pleraque Epigrammata clauduntur, in ἐπιφωνημάτων numero censentur: itidemque ap. Valer. Max. Sententiæ quæ sunt historiarum quarundam clausulæ. Dixit porro Plut. et ἐπιφώνημα ἐπιφωνεῖν, irridens quoddam dictum, quod contra summopere laudatur a Cic., ut docui in Præf. quam Concionibus Historicorum utriusque Linguæ præfixi. Is locus est in Alex. (3.) Ὡς Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον. [" Thom. M. 823. Dionys. H. 5, 393." Schæf. Mss. Ernesti Lex Techn. Gr. Rhet.] Hinc est ADJ. Ἐπιφωνηματικός: λόγος, Oratio s. Sententia, quæ per epiphonema effertur, i. e. acclamationem. [Eust. Il. O. p. 1038.] Unde ADV. Ἐπιφωνηματικῶς: cujus usum vides in quodam l. quem aliquanto ante protuli. Dicuntur autem ἐπιφωνηματικῶς, Quæ per epiphonema efferuntur, i. e. acclamationem. Adeo ut ad verbum reddi queat Acclamatorie. In VV. LL. redditur etiam Theatrice, et nominatur auctor Hermogenes. [* Ἐπιφωνημάτιον, Arrian. in Epict. 327, 12.] Ἐπιφώνησις, ἡ, Acclamatio. Aut etiam Inclamatio, sequendo posteriorem signif. quæ data fuit verbo ἐπιφωνεῖν. [Plut. Pomp. 4. * " Ἐπιφωνητὴς, Hes. v. Λιγύς." Boiss. Mss. * Προσεπιφωνέω, Plut. Cat. Min. 27.]

Καταφωνέω, Sonorum reddo, Resonare facio. Greg. Naz. περὶ Θεολ., de cicadis loquens, Ὅταν ἡλίῳ κινῶνται, τὰ μεσημβρινὰ μουσουργοῦντες, καὶ καταφωνῶσι τὰ ἄλση, Resonare faciunt vel personare suis cantibus. At in VV. LL. male καταφωνεῖν hic accipitur pro Vociferari. Idem in Carmine de iisdem cicadis, Τέττιγες λαλαγεῦντες ὅλον κατεφώνεον ἄλσος. Idem, Καὶ καταφωνεῖ τὸ ἄλσος καὶ περιλαλεῖ τὸν ἄνθρωπον. [Καταφωνεῖ, Hesychio ταράσσει.] HINC Καταφώνησις, Actio illa reddendi aliquid sonorum.

Μεταφωνέω, Interloquor, Inter alios loquor, s. vocem edo: eund. usum habente præpositione μετὰ, quem et in μετέφη. Nam ut μετέφη τοῖσδε dicit Hom., ita μετεφώνεεν ἱεμένοισι, Apoll. Rh. (2, 430.) Apud Eund. τοῖον ἔπος μετεφώνεε. Sed affertur ex Eod. (1, 702.) et pro Alloquor, Compello, cum accus. personæ: Ἰφινόην μετεφώνεεν ἄσσον ἰοῦσαν. Verum miretur aliquis non immerito fortassis cur non potius προσεφώνεεν dixerit, si quidem simpliciter significare voluerit Alloqui.

" Παραφωνέω, affertur pro Acclamo," [Plut. 6, 696. Hes. v. Παραυδᾷ.] " et Παραφώνησις pro Ac-" clamatio. At Παραφωνία pro Vocis absurditas."

" Περιφωνέω, affertur pro Circumsono, Resono."

Προσφωνέω, Alloquor, Compello. Od. O. (193.) προσεφώνεε Νέστορος υἱόν. At vero Act. 22. init., pro hac signif. dativum habet, Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν. Ubi forsitan aliquis reponendum censeat αὐτοὺς pro αὐτοῖς: sed Editio patris mei, quæ varias plurimorum Codd. lectiones margini ascriptas habet, nullam hujus scripturæ mentionem facit. Atque adeo dat. habet itidem, Matth. 11, (16.) Καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν: sed προσφωνοῦσι hic verbo Acclamant redditur: Acclamant sodalibus suis. Habet alioqui accusativum ap. Isocr., dicentem φιλοπροσηγορίας esse τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἁπαντῶντας. Verum ap. eum redditur non solum Alloqui, Compellare, s. Appellare, ea signif. qua jungitur interdum adverbio Blande, aut aliis quibusdam, sed etiam Salutare, et quidem nominatim in illo loco. Bud. tamen pro Alloqui poni ibi dicit, nullam illius interpretationis mentionem faciens. ‖ Dico, Nuncupo, ut cum librum aliquem dicamus cuipiam, s. nuncupamus. Plut. Ὥστε καὶ Σύλλας τὰς αὐτοῦ πράξεις ἀναγράφων, ἐκείνῳ προσεφώνησε. Sic Diog. L., de Chry-

sippo loquens, Δοκεῖ δὲ ὑπερόπτης τις γεγονέναι· τοσαῦτα γοῦν βιβλία γράψας, οὐδενὶ τῶν βασιλέων προσεφώνησε. Utitur et Cic. ad Att. 13. Rectumne existimas cuiquam quicquam antequam Bruto? cui, te auctore, προσφωνῶ. Idem ejusd. operis l. 15. Nos hic φιλοσοφούμεθα, (quid enim aliud?) et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus, προσφωνοῦμένque Ciceroni. Sic liber dicitur alicui προσφωνεῖσθαι. Plut. in Colotem init. Ἐκεῖνο μὲν (τὸ τοῦ Ἐπικούρου βιβλίον) Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ προσπεφώνηται. Vide Προσφώνησις. ["Cum dat. et infin., Diog. L. Zenone p. 240, 26. HSt." Seager. Mss. "Valck. Hipp. p. 244. Musgr. Med. 664. Dico, Nuncupo, Ruhnk. Præf. ad Tim. p. xi. Toup. ad Longin. 401. De constr., Porson. Med. p. 52. ad Diod. S. 2, 619. Heyn. Hom. 4, 533." Schæf. Mss. Jo. Lydus de Mens. 25.] Προσφώνημα, τὸ, Allocutio, Compellatio. Auctor libri qui Demetrio Phalereo ascribitur, Οὐδ' ὅλως ἐπιφωνήματι ἔοικεν, ἀλλὰ προσφωνήματι. Redditur et Acclamatio, ut nimirum dictum est προσφωνεῖν poni pro Acclamare. Sed hæ interprr. actionem significantes magis peculiariter VERBALI Προσφώνησις conveniunt. (Possit autem προσφώνημα esse etiam ipsum q. d. Compellamentum, i. e. Oratio qua quis compellatur.) Quo interdum significatur etiam Dedicatio, Nuncupatio. Plut. (T.) Graccho (8.) Προσφωνήσεις γραμμάτων. Utitur Cic. hoc verbali, sicut et verbo προσφωνεῖν, in eodem illo Epist. opere, l. 13. [Προσφώνημα, Soph. Œd. C. 325. Vox, 891. * "Προσφωνηματικὸς λόγος, Oratio compellatoria, paræenetica, Dionys. Art. Rhet. c. 5. Tales hodie extant Himerii Sophistæ Oratt. 3. 4. 10. 11. 13. 14." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. Προσφωνηματικὸς et * Προσφωνητικὸς conf., ad Greg. Cor. 88. "Προσφώνησις, ἡ γινομένη τοῦ λόγου ἀπότασις πρὸς τὸ ὑποκείμενον τῇ γραφῇ πρόσωπον. Ita e Schol. Ms. in Liban. Orat. 4. p. 172. Morell. ubi et de genere orationum προσφωνητικῷ: Οἱ * προσφωνητικοὶ λόγοι μικροὶ εἰσὶ λίαν· γράφονται δέ, ὅταν ἔξωθέν τις ὢν εἰς ἡμᾶς ἔλθῃ, ἢ βασιλεὺς, ἢ μέγας στρατηγὸς, καὶ εἰσὶν ὥσπερ χαριεντισμοὶ ὑπὸ τῶν κατοικούντων τὴν πόλιν. Talem orationem Aristides scripserat Commodo, cum Smyrnam ingrederetur, Opp. 1, 269." Ernesti Lex. Techn. Gr. Rhet. * "Προσφωνήσιμος, * Προφωνήσιμος, Beverig. Not. ad Canon. Apost. 69." Kall. Mss. * Προσφωνητικὸς, Schol. Soph. El. 1. Ant. 1. Euseb. H. E. 4, 18. * Προσφωνητικῶς, Eust. Od. A. p. 46, 36. * Προσφωνητὴρ, unde * "Προσφωνητήριος, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 8, 208." Elberling. Mss. * Προσφωνητὸς, unde * 'Απροσφώνητος, Gl. Invocatus, Impronuntiatus. Schol. Apoll. Rh. 1, 645. * 'Απροσφωνητὶ, Schæf. Æsop. 134. * Ποτιφωνήεις, pro προσφ., Od. I. 456. Εἰ δὴ ὁμοφρονέοις, ποτιφωνήεις τε γένοιο, Si me alloqui posses.]

Προφωνέω, Prius vocem edo, Præloquor, Prædico, Præmoneo, Denuntio, ut προαγορεύω. Soph. (Aj. 1089.) Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν. Eur. Hipp. (960.) Φεύγειν προφωνῶ πᾶσιν. ["Musgr. El. 685. Wakef. Eum. 506. Abresch. Æsch. 2, 78. Jacobs. Exerc. 1, 210. Brunck. Œd. T. 351." Schæf. Mss. Æsch. Suppl. 617.]

Συμφωνέω, Simul vocem edo s. sonum, In edenda voce cum alio consentio. Apud Aristot. est Consonantiam efficio, ut reddit Bud. in hoc ejus Probl. loco, Διὰ τί δὶς μὲν δι' ὀξειῶν ἢ δὶς διὰ τεττάρων οὐ συμφωνεῖ, δὶς διὰ πασῶν δέ; Sæpe συμφωνῶ generaliter pro Consentio, ut ap. Aristot. Polit. 3. Τοὺς μονάρχους συμφωνεῖν ταῖς πόλεσιν. Idem συμφωνεῖν et διαφωνεῖν inter se opponens, dixit Polit. 7. Ἐνδέχεται γὰρ ταῦτα καὶ συμφωνεῖν ἀλλήλοις καὶ διαφωνεῖν. Sic συμφωνῶ ἐμαυτῷ, Mecum consentio, Mecum non dissideo, (ut Horat. dicit, Qui secum dissidet ipse,) Mihi consto. Nonnunquam Συμφωνῶ, Convenio, i. e. Congruo, ut Luc. 5, (36.) Καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ, Veteri non congruit additamentum, Bud. At vero συμφωνῶ σοι ἐπὶ τούτους, ex Aristot. rursus, pro Conspiro tecum adversus hos: fortassis e Polit. 3. Οὐδὲν γὰρ φοβερὸν μή ποτε συμφωνήσωσιν οἱ πλούσιοι τοῖς πένησιν ἐπὶ τούτους. Sic pass. συνεφωνήθη, Act. 5, (9.) Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειρᾶσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου; Quidam interpr. Cur conspiratum est a vobis? sed malo simplicius, Quid est cur convenerit inter vos, vel, Qui factum est ut convenerit etc. Interdum cum accus. rei paulum diverso usu, ut ap. Theophr. C. Pl. 6, 13. Ταῦτα μὲν οὖν σχεδὸν συμφωνοῦσι πάντες, De his inter omnes fere convenit, De his omnes inter se consentiunt. Itidemque passive dicitur Συμφωνεῖσθαι id, de quo inter omnes convenit. Sic et partic. Συμφωνούμενον ap. Arrian. (7, 14, 15.) ubi scribit de luctu Alexandri ob Hephæstionem, Ἐκεῖνα δὲ πρὸς πάντων συμφωνούμενα, ἐς τρίτην ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Ἡφαιστίωνος ἡμέραν μήτε σίτου γεύσασθαι Ἀλέξανδρον, μήτε τινὰ θεραπείαν ἄλλην θεραπεῦσαι τὸ σῶμα. ‖ Paciscor. Xen. (Ἑλλ. 1, 3, 7.) Οἱ δὲ λοιποὶ στρατηγοὶ συνεφώνησαν πρὸς τὸν Φαρνάβαζον ὑπὲρ Χαλκηδόνος. Polyb. 2, (15, 6.) Ποιοῦνται δὲ καταλύσεις ἐν τοῖς πανδοχείοις οὐ συμφωνοῦντες περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδείων, ἀλλ' ἐρωτῶντες πόσου τὸν ἄνδρα δέχεται. Apud Matth. autem alia constr. 20, (2.) Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, Pactus autem cum operariis denario in diem, misit eos in vineam suam. At v. 13. pro μετὰ habente suum accus., ponitur dat., Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; Hinc Συμφωνεῖσθαι dicitur quod pacto promittitur. Greg. Naz. Πρὶν ἢ συμφωνηθῆναι αὐτοῖς τὸν μισθὸν, Priusquam pacto promissa esset illis merces, de mercede pactum cum illis esset, s. conventum, ut quidam interpr. In Pand. Συμφωνηθὲν ῥητῶς, Certa summa conventum, Expresse conventum, Bud. Interdum illud partic. pro verbali συμφώνησις ponitur: sic τὰ συμφωνηθέντα, Pacta, Conventa, συμφωνήσεις. ["Ad Diod. S. 1, 235. 534. 588. Boiss. Philostr. 330. Valck. Adoniaz. p. 359. Conf. c. συμφρονῶ, ad Diod. S. 1, 224." Schæf. Mss. Aristot. Polit. 4, 12. Athen. 201. Valck. Schol. in N. T. 1, 521. * Συμφωνούντως, Plato de LL. 2. p. 79=662. * Συμφώνημα, Symbolum, Schol. Eur. Or. 1130.] Συμφώνησις, Vocis s. Soni consensus; generalius, Consensus, Concordia, nec non Convenientia. Ἀντισυμφωνέω, Vicissim consentio. Id enim videtur sonare hæc vox. At in VV. LL. Ἀντισυνεφώνησε exp. Respondit, sine ullo exemplo aut testimonio. Videtur certe præterito ἀντεφώνησε potius convenire hæc interpretatio. ["Plut. 2, 334. * Ὁμοσυμφωνέω, Gramm. ined." Wakef. Mss. Quod derivandum esset ex * Ὁμοσύμφωνος. * Προσυμφωνέω, Sext. Emp. 492, 19.]

"Ὑπερφωνέω, Voce elatiore utor," [Julian. Or. 6. LXX. Judith 15, 17. "Jacobs. Anth. 8, 50. Lobeck. Aj. p. 224. Wernsd. ad Himer. p. 44." Schæf. Mss. "Greg. Naz. Epist. 194. p. 891." Boiss. Mss.]

Ὑποφωνέω, Succlamo, ut fit in concione, Bud. Idem, ὑποφωνῶ, inquit, Succlamo, i. e. Acclamo, ut populus concionanti respondens. Plut. Τίνα, εἶπεν, ἔξετε ἄλλον; ἐκ μιᾶς γνώμης ὑπεφώνησαν ἅπαντες, Σεαυτόν. Est etiam, Currentem s. Certantem clamore excito, qua signif. usurpari tradit a Basil. Affertque ex Eod. (6, 119.) verbale Ὑποφώνησις, quod itidem exp. Clamor certatores adhortantium. At in VV. LL. Ὑποφωνέω est Summissa voce loquor, Murmuro, sed absque exemplo. [Moschus 3, 49. αἱ δ' ὑπεφώνευν Ὄρνιθες. * Ὑποφώνημα, Basil. 3, 335.] Ὑποφώνησις, vide cum præcedente verbo Ὑποφωνῶ. [* Ὑποφωνητὴς, Ignat. Epist. 6. p. 130.]

ΦΩΡ, ωρὸς, ὁ, Fur: quam Latinam vocem Fur multo verisimilius est ab illa Græca φὼρ, habere originem, quam a Furvo, quo Romani veteres Atrum significabant, licet hoc etymum ratione non careat. Paus. in Phocicis postquam dixit, Τούτου τοῦ ἀγάλματος ἐνιαχοῦ τὸν ἐπ' αὐτῷ χρυσὸν ἐθεώμην λελυμασμένον, subjungit, Ἐγὼ μὲν δὴ τὸ ἔγκλημα ἐς κακούργους τε ἦγον καὶ φῶρας ἀνθρώπους. Interdum additur gen., et dicitur aliquis esse φὼρ alicujus rei, ut ap. Plat. de Rep. 1. Ὅτου τις ἄρα δεινὸς φύλαξ, τούτου καὶ φὼρ δεινός. E sequentibus autem patet φῶρα et κλέπτην eundem esse, cum subjungat, Εἰ ἄρα ὁ δίκαιος ἀργύριον δεινὸς φυλάττειν, καὶ κλέπτειν δεινός. Itemque, Κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος, ὡς

ἔοικεν, ἀναπέφανται. At vero λῃστὴς ab utroque differt, estque potius Latro, Prædo. Unde non satis proprie dictum videri queat in Epigr. φῶρες εἰνάλιοι, pro Latronibus marinis, i. e. piratis. Etym. tamen φὼρ exp. ὁ λῃστὴς, sicut et ὁ κλέπτης: a verbo φέρω deducens, ut ex eo sit φὲρ, unde φὼρ per metath. Sed κλέπτην potius quam λῃστὴν voce hac significari, multi loci clare ostendunt. Extat alioqui et ap. Hesych. utraque exp.: nec non ap. Suid. Ab eo enim Φὼρ dicitur esse ὁ κλέπτης. Et paucis interjectis scribit, Φῶρας, λῃστὰς, ἀπὸ τοῦ τὴν φώραν ἐρεννῆσαι. Ubi etiam accus. φώραν merito cuipiam suspectus fuerit, cum Φώρα ab Hes., ap. quem solum e Lexicographis et Grammaticis extat, quod quidem sciam, exponatur ἔρευνα: quid autem istud erit, φῶρας, ἀπὸ τοῦ ἔρευναν ἐρεννῆσαι nomen accepisse? At Φωρὰ Eidem est κλοπὴ, quæ etiam signif. aliena esse ab h. l. videtur. Quamobrem si quis et hic conjecturæ locus est, crediderim scripsisse Suid. ἀπὸ τοῦ φωρᾶν, τὸ ἐρεννῆσαι. Sed nequaquam in hac derivatione assentiri illi velim, quippe qui manifestum esse putem φωρᾶν, potius a φὼρ deduci, quam contra. Gell. 1, 18. Nam quod a Græcis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua φὼρ est dictum. Ibid. lege quæ de etymo scribit. ‖ Φὼρ, Fur, Fucus. Aristot. de regulis s. ducibus apum loquens, H. A. 9, (40.) Δύο μὲν ἡγεμόνων γένη· ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος. Quibus subjungit, Ἕτερος ὁ φὼρ καλούμενος, μέλας καὶ πλατυγάστωρ· ἔστι δὲ ὁ κηφὴν οὗτος μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός. Sic autem Virg. G. 4. Nam duo sunt genera, (δύο γένη,) hic melior (βελτίων,) insignis et ore, Et rutilis clarus squamis, (πυῤῥὸς,) ille horridus alter Desidia, (νωθρὸς,) latamque trahens inglorius alvum, (πλατυγάστωρ.) Pro quo habet Varro, Lato ventre: R. R. 3, 16, (19.) Fur, qui vocatur ab aliis Fucus, alter est lato ventre. Rursum Aristot. Γίνονται δ' ἐξ αὐτῶν οἵ τε πονηροὶ ἡγεμόνες καὶ πολλοὶ κηφῆνες, καὶ οἱ φῶρες καλούμενοι. Ubi πονηροὶ ἡγεμόνες quidam interpr. Apum deterioris notæ duces. Vide Φώριος. Φὼρ, SIVE Φῶρος, ὁ, Speculator, Explorator; κατάσκοπος, Hes. et Suid. Fortassis autem inde Explorator dictus fuerit φῶρος, quod se in multis tanquam furem gerere necesse habeat. Ceterum φῶρος quidem expositum κατάσκοπος, ap. utrumque illorum Lexicographorum habetur; at φῶρας expositum κατασκόπους, sicut κλέπτας et λῃστὰς, ap. solum Hes. extat. [" Ad Charit. 749. 755. Böttiger Terent. Specim. p. 20. Jacobs. Anth. 7, 266. Diod. S. 2, 570. Anton. Lib. 122. Verh., Valck. Adoniaz. p. 359. Diatr. 115. 136. Φὼρ φῶρα, Bentl. ad Callim. 311. Ἀργεῖοι φῶρες, Aristoph. Fr. 221. Φῶρος, Toup. ad Longin. 375. ad Charit. 755. * Φωρεὺς, ibid. * Φωρότατος, Valck. Adoniaz. p. 201." Schæf. Mss. Conf. c. * φώρτατος, Barker. ad Etym. M. 956. " Φῶρες Ἀργεῖοι ἐπὶ τῶν προδήλως πονηρῶν· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ κωμῳδουνται, Suidas." Seager. Mss.]

[* " Φωραλίσκος, Fur deprehensus, Athen. 650." Schleusn. Mss.]

Φωρὰ, ITEM Φώριον, Furtum. Legitur ETIAM Φωρίον in VV. LL., sed absque ullo testimonio, aut exemplo. Φωρὰ, κλοπὴ, inquit Hes. Hujus autem φωρὰ exemplum nos inventuros spero ap. Moschum, s. Bionem, in Idyllio cujus initium est, Ἕσπερε, τὰς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας, si locus integritati suæ restituatur. Nam ubi Italica et prima Ed. Stobæi, e quo hoc Idyllium sumtum fuit, habet, οὐκ ἐπιφωρῶν Ἔρχομαι, posteriores, ἐπὶ φωρᾶν, vel ἐπὶ φωρᾶν, non dubito quin reponi debeat ἐπὶ φωρὰν, i. e. ἐπὶ κλοπήν. Subjungitur enim, οὐδ' ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω. In quem sensum hæc ego Venetiis quondam ita interpretatus sum, haud ego furta Cogito: nec damna a me sentiet ulla viator. [" Φωρὰ, Jacobs. Anth. 8, 160. * Φωραγοήτων, Fabric. Bibl. Gr. 1, 139. imo φωρὰ γοήτων: ad Herod. 656." Schæf. Mss. * Φωρασέβεια, f. l. ap. Dionys. H. 5. p. 652.] AT VERO Φώρα paroxytone est ἔρευνα: postquam enim Hes. dixit φωρᾶν esse τὸ τὰ κλεψίμαῖα ζητεῖν, καὶ φωριᾶν, addit, φώραν δὲ, τὴν ἔρευναν. De quo vocab. dicam et in Φωράω. Eidem, sicut et Suidæ, VOX Φώριον est κλέμμα: quod κλέμμα idem omnino sonat quod κλοπὴ, i. e. Furtum, Id quod quis furatus est, Res furtiva. Sic tamen ut κλοπὴ possit etiam ipsam furis actionem significare, q. d. Furationem. Et habet quidem hic Φώριον, proparoxytone; at Hes. Φωρίον, paroxytone. Legitur alioqui ap. Lucian. φώρια pro Furtis, itidem proparoxytone, Ἑάλω ἐν χεροῖν ἔχων φώρια: quod nihil aliud est quam αὐτόφωρος ἑάλω. Sic ap. Eund. (1, 780.) Ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἕτερον αὐτοῖν τὰ φώρια ἔχειν. Nec vero dubito quin multo melior sit hæc scriptura, cum minime dimin. sit istud vocab. Sed quod ad signif. attinet, affertur ex Joseph. Antiq. (669.) Περιφανὲς φώριον ἔχειν τῆς τοῦ Ἰωσήπου πρὸς αὐτὴν κοινωνίας λέγων: qui locus ita redditur, Inquiens se pro comperto habere ipsam ab Josepho constupratam esse. Vel, Tenere se manifestum indicium ipsius cum Josepho stupri atque commercii. Quam interpretationem sequendo, vox φώριον nequaquam priorem illam signif. retineret. Sed videndum an non possimus φώριον τῆς κοινωνίας accipere pro Furto commisso ἐν τῇ κοινωνίᾳ: ut nimirum consuetudo, quam habuit cum illa, vocetur φώριον, ut scimus passim a Poetis Furta vocari adulteria, et generaliter quoslibet furtivos concubitus. ‖ Φωρίον Hes. est præterea εἶδος θρόνου. [" Φώριον, ad Charit. 407. Toup. ad Longin. 285. ad Charit. 268." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 751. Ælian. H. A. 771." Wakef. Mss. Longin. 4, 5. Themist. 87.]

Φώριος, adj. Furtivus, ut φώρια λέκτρα ap. Suid. oppositum τοῖς ἀμφαδίοις, ex Epigr. Φώρια δ' ἀμφαδίων λέκτρα μελιχρότερα. Habet etiam φώριον ἐπήλυσιν. Ex Epigr. affertur etiam φώριον βλέμμα pro Aspectu occulto. Sed Suidas φώρια simul subst. et adj. facere videtur, cum esse dicit λαθραῖα, item λῃστήρια, vel κλοπιμαῖα πράγματα. Hesychio quidem certe non dubium est quin Φώριος sit subst., ubi ab eo dicitur esse Genus quoddam apis. Fuerit autem illud ipsum genus, quod φωρὸς quoque appellationem habere dictum supra fuit. [" Ad Charit. 407. Paul. Sil. 1, 31. Toup. Opusc. 1, 552. 2, 291." Schæf. Mss. Theocr. 27, 67. " Nonn. D. 35, 236. * Φωρίδιος, Leonid. Alex. 42." Wakef. Mss.]

Φωρεία etiam habetur ap. Suid., quod peculiariter exponere voluisse videtur λῃστεία, licet, sequendo vulgatas Edd., hæc expositio aliis etiam conveniat, quæ ibi præcedunt. Præ se fert autem verbalis formam hoc nomen. [" Ad Charit. 268." Schæf. Mss.]

" Ἀποφῶρας, Hes. affert pro κλέπτας, Fures."

Αὐτοφώρῳ, dat., qui jungi solet præpositioni ἐπί: dicitur enim ἐπ' αὐτοφώρῳ aliquis ἁλίσκεσθαι, qui deprehenditur in ipso furto: quasi sc. dicas ἐπ' αὐτῷ τῷ φώρῳ, (tanquam a nomin. Φῶρον significante Furtum, cujus alioqui vocabuli nullum exemplum invenio,) sicut Hes. αὐτοφωρία exp. ἐπὶ αὐτῇ φωρᾷ: ita enim ap. eum scr. est, reponendo ω pro ο in αὐτοφορία, et in φορᾷ, et subscribendo ι literæ α. Suidas itidem ἐπ' αὐτοφώρῳ exp. ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι. Est certe ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς qui Gallice dicitur Pris sur le fait; nam ut hoc, ita et illud, non de furto tantum, sed et de aliis sceleribus dicitur, in quibus aliquis deprehenditur. Hinc ap. Aristoph. Πλ. (455.) Γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον, ὡ καθάρματε, Ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω; Sæpe autem cum hoc aut alio ejusd. verbi participio jungitur. Ἁλοὺς, inquit Bud., εἰλημμένος, ἡλωκὼς, ἐαλωκὼς ἐπ' αὐτοφώρῳ, καὶ περίφωρος, καὶ αὐτόφωρος ληφθεὶς, Deprehensus, Manifestus, Qui inficiando non est, ὁ καταφωραθεὶς, κατάφωρος: Plut. de adultero deprehenso, i. e. καταφανὴς ἐληλεγμένος. Lysias, Ὡς δὲ ἀπέγραψε τὰ ὀνόματα, οἶμαι μὲν καὶ αὐτὸν ὁμολογήσειν· εἰ δὲ μὴ, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγὼ αὐτὸν ἐλέγξω. Hæc ille. Extat autem hic Lysiæ locus in Or. quæ inscribitur Κατὰ Ἀγοράτου Ἐνδείξεως: sed ibi Editio Ald. habet μετ' αὐτοφώρῳ, quæ lectio defendi nulla ratione potest. Suidas HABET Ἐπ' αὐτόπτῳ, ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλούς. Ubi ἐπ' ὀφθαλμοῖς non dubium est quin ponatur pro expositione illorum verborum ἐπ' αὐτόπτῳ, (obiter autem observa hunc usum

VOCIS Αὐτόπτῳ,) sicut ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι pertinet ad ἐπ' αὐτοφώρῳ. Subjungit autem illis expositionibus h. l. Ὁ δὲ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν πρᾶξιν λαβὼν ἐν Καρχηδόνι, ἐξηπάτητο πρὸς τῆς γυναικὸς ἑκών γε εἶναι. [" Ad Charit. 10. 228. 232. Valck. Hipp. p. 267. Musgr. Ion. 1215." Schæf. Mss. * " Ἐπαυτόφωρος, J. Poll. 8, 69." Kall. Mss.] Sunt præterea duo ADVERBIA, Αὐτοφωρίᾳ, ET Αὐτοφωρὶ, i. q. ἐπ' αὐτοφώρῳ significantia. Sed αὐτοφωρίᾳ quidem ex Hes. me habere, emendando scripturam quæ ap. eum manifeste depravata est, docui paulo ante. At vero Αὐτοφωρὶ VV. LL. sine ullo testimonio et exemplo afferunt, quod tamen alicubi legisse mihi videor, et quidem cum ει, αὐτοφωρεί.

Ille autem nomin. CASUS Αὐτόφωρος, rarior quidem est, nisi me memoria fallit, usurpatum tamen a Thuc. accus. pluralem αὐτοφώρους, habes 6, (38.) p. 211. meæ Ed. Τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζων μὴ μόνον αὐτοφώρους, χαλεπὸν γὰρ ἐπιτυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ ὧν βούλονται μὲν, δύνανται δ' οὔ, Schol. ἐπ' αὐτοφώρῳ λαμβάνων. Videndum est porro ne αὐτόφωρος nomin. esse putemus dativi illius αὐτοφώρῳ, cui præponitur præp. ἐπί. Siquidem cum dicitur ἐπ' αὐτοφώρῳ, perinde est ac si diceretur ἐπ' αὐτῷ τῷ φώρῳ, ut antea docui, accipiendo φώρῳ pro φωρίῳ, quod de αὐτόφωρος, adjectivo dicere itidem non possumus. [" Αὐτόφωρος, ad Diod. S. 1, 141. Wessel. ad Dion. Cass. 1501." Schæf. Mss. Soph. Ant. 51. ἀμπλακημάτων.] Ceterum eadem opera et de reliquis duobus adjectivis eand. originem habentibus dicendum censeo, sc. de Κατάφωρος ET Περίφωρος. Illud igitur prius Κατάφωρος, quod vidisti reddi Deprehensus, Manifestus, reddi etiam potest Manifestarius. A Plut. usurpatur de Eo qui in adulterio deprehensus est, Ἄρης καὶ Ἀφροδίτη ἐμπεσόντες εἰς τὰ τοῦ Ἡφαίστου δεσμὰ, κατάφωροί τε ἐγένοντο καὶ γέλωτα παρέσχον τοῖς θεοῖς. [" Ad Charit. 210. Abresch. Lectt. Aristæn. 34. Boiss. Philostr. 323. ad Dionys. H. 5, 331." Schæf. Mss. Plut. Cat. Min. 54. K. της γνώμης γενόμενος.] Apud Eund. extat et Περίφωρος, Inst. Lac. 216. meæ Ed., ubi narrat historiam de adolescente Lacone, cui cum sodales custodiendam tradidissent vulpeculam, quam furati erant, vesti suæ eam supposuit: cum autem illa irritata, latus ejus ad viscera usque adederet, id pati maluit, quam περίφωρος γενόμενος διὰ μαλακίαν, τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι. Ejus verba sunt, Ἀλλὰ κρεῖττον ταῖς ἀλγηδόσι τελευτᾷν, ἢ περίφωρον γενόμενον διὰ μαλακίαν, τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι. Jungo autem hæc verba, διὰ μαλακίαν, cum præcedentibus, potius quam cum sequentibus, licet hac in re mea quoque Editio superiores secuta fuerit. Ceterum περίφωρος est qui paulo ante καταφανὴς, cum diceret, Ἡρέμει, ἵνα μὴ γένηται καταφανής. [" Wyttenb. ad Plut. 1, 188. Bibl. Crit. 2, 2. p. 54." Schæf. Mss.] Ab hoc περίφωρος fit BICOMP. Εὐπερίφωρος, Qui facile fieri potest manifestus, Deprehensu facilis. Sed generalius etiam usurpatur pro Eo in quo aliquid facile deprehenditur s. animadvertitur, ut ap. eund. Scriptorem, in eod. Inst. Lac. opere, ubi rationem affert, propter quam Lacedæmonii puniceo amictu in bello uterentur, (p. 887.) Ἅμα μὲν γὰρ ἡ χρόα δοκεῖ αὐτοῖς ἀνδρικὴ εἶναι, ἅμα δὲ τὸ αἱματῶδες τοῦ χρώματος πλείονα τοῖς ἀπείροις φόβον παρέχειν· καὶ τὸ μὴ εὐπερίφωρον [vulgo * εὐπερίφορον] δὲ τοῖς πολεμίοις εἶναι, ἐάν τις αὐτῶν πληγῇ, ἀλλὰ διαλανθάνειν διὰ τὸ ὁμόχρουν, χρήσιμον.

Hinc est etiam VERB. Φωράω, cum suis compp. Exp. autem φωρῶ, In furto deprehendo, Invenio furtum. Item simpliciter verbo Quæro, Pervestigo. Subjungiturque ex Aristoph. N. (499.) οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι, i. e. ἐρευνήσων, ζητήσων, Vestigaturus, Indagaturus. Sed ego crediderim Φωράω proprie esse Scrutor ad deprehendendum furtum, Excutio aliquem, s. ejus vestes, aut alia ad eum pertinentia, ut videam num furtum ibi latens inventurus sim. Sic certe ap. Plat. de LL. 12. (p. 202.) legimus, Φωρᾷν δὲ ἂν ἐθέλῃ τις τι παρ' ὁτῳοῦν, γυμνὸς, ἢ χιτωνίσκον ἔχων, ἄζωστος· προομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἢ μὴν ἐλπίζων εὑρήσειν, οὕτω φωρᾷν. Quibus subjungit, Ὁ δὲ παρεχέτω τὴν οἰκίαν, τά τε σεσημασμένα καὶ τὰ ἀσήμαντα φωρᾷν. In proxime sequentibus autem ἐρευνᾷν et φωρᾷν pro eod. ponere videtur, scribens, Ἐὰν δέ τις ἐρευνᾷν βουλομένῳ, φωρᾷν μὴ διδῷ, δικάζεσθαι μὲν τὸν ἀπειργόμενον, κ. τ. λ. Paulo post, Τὰ μὲν ἀσήμαντα παρεχόντων οἱ ἐνοικοῦντες ἐρευνᾷν, τὰ δὲ σεσημασμένα παρασημηνάσθω, καὶ ὃν ἂν ἐθέλῃ φύλακα καταστησάτω πέντε ἡμέρας ὁ φωρῶν. Et hic quidem dicitur aliquis φωρᾷν cum accus. rei; at vero ap. Plut. cum accus. personæ; (verum ita ut φωρᾷν non sit Excutere s. Scrutari ad inveniendum furtum, sed simpliciter Ad inveniendum aliquid quod occultari s. furtim et clam ferri putamus,) Αἱ δὲ γυναῖκες οἰόμεναι τῶν μὲν ἀνδρῶν φωράσειν ἕκαστον ἐξιόντα τοὺς πολεμίους, αὐτῶν δὲ οὐκ ἂν ἅψασθαι, ξίφη ἀποκρύψασαι συνεξέπιπτον τοῖς ἀνδράσιν. Possumus autem in his aliisque hujusmodi ll. uti verbo Scrutor, vel Excutio, aut etiam utroque simul, ut a Cic. alicubi copulari ea videmus. Ponitur alioqui φωρᾷν et generalius pro Perquirere, Vestigare. Est φωρᾷν et Deprehendere: quæ signif. ex illa priore nascitur. Hinc partic. pass. Φωραθεὶς, Deprehensus. Plut. (6, 618.) Τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου, καὶ φωραθέντος. Apud Aristot. cum partic. Φωραθεὶς ἐπιβουλεύων, Politic. 5. Deprehensus insidians, s. potius Deprehensus insidiari, sequendo Latinæ linguæ consuetudinem, Compertus insidiarum. Quidam interpr. etiam, Deprehensus in insidiis. Apud Herodian. autem (6, 4, 13.) φωραθέντες Polit. vertit Oppressi: Οἱ ταχέως φωραθέντες ἐκολάσθησαν, Universi statim oppressi, supplicioque affecti sunt. Ab Hes. φωραθεὶς exp. εὑρεθεὶς, et φανείς. Item φωραθῆναι, γνωσθῆναι, et λεχθῆναι, pro quo repono ἐλεγχθῆναι. Apud Synes. ponitur pro Deprehendere, ea etiam signif. qua Philosophi rerum naturalium causas deprehendere dicuntur. In VV. LL. φωρᾷ dicitur significare etiam Suspicari et Suspectum habere, cujus significati exemplum desidero. [Rem furto ablatam vestigo, Aristoph. B. 1363. " Thom. M. 907. Brunck. Aristoph. 1, 214. Kuster. 57. Brunck. Soph. 3, 482. ad Lucian. 2, 263. Muuck. ad Anton. Lib. 78. Verh. De prosodia, Clark. ad Il. A. 67. Φωράσθαι cum partic., ad Herod. 232. Φωραθεὶς, Jacobs. Anth. 10, 86. Φωρηθεὶς, Charit. 341." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. " Observo, Deprehendo, Suid. v. Ἕσπερος: Παρμενίδης πρῶτος πεφώρακεν τὸν αὐτὸν ἕσπερον εἶναι καὶ φωσφόρον. Conjicio, Colligo, Suid. v. Λουκιανός." Schleusn. Mss.]

Hinc sunt nomina VERBALIA Φώρασις, et Φωρατής: item COMP. [* " Αὐτοφώρατος, Sext. Emp. adv. Math. 2, 65. 8, 190." Kall. Mss. Epiphan. 1, 989.] Ἀφώρατος, et Εὐφώρατος, et Δυσφώρατος. Est autem Φώρασις, Deprehensio: Φωρατὴς, Deprehensor: [unde * " Φωρατικός: φ. κλεπτῶν λόγοι, Libri deprehendendis furibus destinati, Joseph. Hypomn. 74." Schleusn. Mss.] At comp. Ἀφώρατος, Non deprehensus, Qui deprehendi non potest; proprie autem, deprehendi in furto, sequendo ea quæ dicta fuerunt. [" Nicet. ap. Fabr. B. Gr. 6, 408." Boiss. Mss.] Illud autem SECUND. Εὐφώρατος, Qui facile deprehendi potest, Deprehensu facilis. [" Εὐφώρατος, * Εὔφωρος, Bibl. Crit. 2, 2. p. 54. Wyttenb. ad Plut. 1, 240." Schæf. Mss.] TERT. Δυσφώρατος, Deprehensu difficilis, Qui difficile deprehendi possit, [" Jacobs. Anim. 322. Δυσφώρατος, * Δύσφωρος, Bibl. Crit. l. c." Schæf. Mss.: cf. Schæf. in Add. ad Naek. Chœril.] " Δυσφόραστος, ap. Suid., in Ms. " etiam Codice, exp. δυσκόλως ἐλεγχόμενος, Qui dif- " ficulter deprehenditur et arguitur: item active ὁ " κακῶς ὑφορώμενος καὶ ὑπονοῶν."

Item verba COMP. Ἐπιφωράω, ET Καταφωράω, Deprehendo: proprie quidem Deprehendo in furto, aut alio facinore; sed generalius etiam pro Deprehendo aliquid et comperio: ut Philosophi rerum naturalium causas deprehendere dicuntur. Synes. Ὅστις δὲ οὐκ ἀγύμναστος ἐπιφωράσαι τι καὶ πρόσωπον θεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον σχήματι. Alterum comp. Καταφωράω, magis est usitatum, et quidem tam in propria quam in metaphorica signif.: factum e comp. nomine Κατάφωρος, de quo dictum paulo ante fuit. Est autem proprie Deprehendo in furto, aut in alio facinore, sicut et ἐπιφωρῶ. Redditur etiam

In furto prodo, Manifestarium facio. Afferturque e Luciano, ἐν ὀνείρῳ. Apud Thuc. cum partic.; nam sicut habuisti paulo ante ex Aristot. Φωραθεὶς ἐπιβουλεύων, ita legitur ap. eum, 1, (82.) p. 27. meæ Ed. Καὶ ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾷν, Insidiis lacessentes non deprehendere. Schol. ibi exp. ἐλέγχειν: quæ exp. ap. Suid. quoque extat. Hesychio est ἐρευνᾷν, ἐπιζητεῖν. Unde redditur etiam Scrutari, Exquirere. At Cic. vertit Intelligere, ap. Xen.; h. enim ejus l. K. Π. 8, (7, 3.) Οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε, sic interpr. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore, ex iis rebus quas gerebam, intelligebatis. Ubi fortassis, ut hoc obiter annotem, reponendum fuerit Gerebat pro Gerebam, ut conveniat cum Græco verbo διεπράττετο. ["Munck. ad Anton. Lib. 78. Verh., Thom. M. 907." Schæf. Mss. Thuc. 8, 87.]

Φωριᾷν i. q. φωρᾷν esse videtur Hesychio; postquam enim dixit φωρᾷν esse τὸ τὰ κλεψιμαῖα ζητεῖν, subjungit, καὶ φωριᾷν: indicare volens, ut opinor, idem et hoc verbo significari quod illo.

ΦΩΡΙΑΜΟΣ, ὁ, Scrinium, Arcula, aut etiam Arca. In VV. LL. habetur ETIAM Φωριαμὸν, sed absque ullo testimonio. Apud Etym. certe, Suid. et Eust. reperitur duntaxat masc. genere nomin. Φωριαμός. At Hes. habet, Φωριαμὸς, κιβωτὸς, καὶ φωριάμων. E quo φωριάμων factum esse puto illud φωριαμόν. Il. Ω. (228.) Ἡ, καὶ φωριαμῶν ἐπιθήματα κάλ' ἀνέωγεν. Sequentibus autem his versibus commemorat quæ ἐκ τῶν φωριαμῶν depromta fuerint, Ἔνθεν δώδεκα μὲν περικαλλέας ἕξελε πέπλους, Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας, Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι τάπητας. In q. l. annotat Eust., Φωριαμὸς, vel παρὰ τὸ αὐτόθι τὰ φάρη ἀμᾶσθαι, vel διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν. Quibus verbis addit regulam, propter quam acui debeat hoc vocabulum. Od. O. (104.) Ἑλένη δὲ παρίστατο φωριαμοῖσιν, Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, οὓς κάμεν αὐτή. Quo in l. Eust. prioris duntaxat etymologiæ meminit; scribit enim φωριαμοὺς esse Homero τὰς * πεπλοδόκους χηλοὺς, ut apparet ex iis, quæ subjungit, παρὰ τὸ φᾶρος, ut tradunt veteres. Apud Apoll. Rh. quidem certe alium usum habet φωριαμὸς quam ap. Hom., utpote quæ φαρμάκων sit repositorium. Et Arculam illi esse potius quam Arcam, ex eo apparet, quod eum mulier genibus suis imponat: 3, (802.) Ἡ, καὶ φωριαμὸν μετεκίαθεν, ᾗ ἔνι πολλὰ Φάρμακά οἱ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, τὰ δὲ ῥαιστήρι' ἔκειτο. Ἐνθεμένη δ' ἐπὶ γούνατ' ὀδύρετο. Ubi Schol. φωριαμὸν vocari ait τὴν κοιτίδα: idque manifestum esse ex eo quod subjungat, Ἐνθεμένη κ. τ. λ. Quod vero ad etymologiam hujus nominis attinet, ipse, s. potius Eratosthenes ap. eum, non a φᾶρος deducit, sed nec a φῶρες, verum ab illo, quod a φῶρες derivatum est, adjectivo, φώριος. Sunt autem hi versus Eratosthenis, ἐν τῷ Ἑρμῇ, quibus etymum illud perscribit, Φωριαμὸν δ' ὀνόμηναν, ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην· Ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισιν. Multo certe commodius a φώριος deducitur, quam a substantivo φῶρες, licet eodem respiciat utrumque etymum, atque adeo unum idemque sit. Etym. certe παρὰ τοὺς φῶρας deducens, non dicit, ut Eust., διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν, sed ἐπεὶ πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν κατεσκεύασται, ubi πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν signif. Ad cavendum sibi a furibus. At vero quod addit, παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν, omnino explodendum est. Hoc enim modo, i. e. hanc usurpando libertatem, vel potius licentiam, quodlibet vocabulum a quolibet deduci posset. Enimvero hoc merito quis miretur in Etym., eum propositis tribus etymologiis, sc. ut φωριαμὸς dicatur παρὰ τὰ φάρη, tanquam sc. ἡ τῶν φαρέων δεκτικὴ, (ita enim ibi scr. est, non φάρων,) vel παρὰ τοὺς φῶρας, vel παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν, hæc subjungere, Εἰ μὲν οὖν παρὰ τοὺς φῶρας, οὐδὲν πέπονθεν· εἰ δὲ παρὰ τὰ φάρη τὰ ἐντιθέμενα αὐτῇ, πέπονθε. Significat autem illi verbum πέπονθε, Mutationem passum est; nam adjicit, Μεταβληθέντος τοῦ α εἰς ω, ὡς θάκος, θῶκος. Quid vero? merito dixerit aliquis, an non si παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν deducatur, πεπόνθέναι itidem dicendum fuerit? De hoc certe minime dubitari potest. Sed in hæc ego propterea morosius inquiro, (ut et in alia hujusmodi antea me fecisse vides,) ut tanto magis illius Scriptoris auctoritatem ap. te elevem, et non temere fidem illi adhibendam esse doceam: simul vero et aliis plerisque Grammaticis, ubi de etymologiis disserunt. Tunc enim eos relicta arte sua Grammatica ad fabulas vel potius argutas nugas accedere putes. In multis autem vocibus ipsa etiam scriptura, quam unus voci alicui tribuit, etymum illud refellit, quod ab altero ei tribuitur. Exemplo fuerit vel vox illa quæ in VV. LL. voci φῶρος subjungitur: nimirum VOX Φωρυτὸς, quæ eod. modo quo φωριαμὸς, repugnantem suo etymo scripturam habet. Nam ut φωριαμὸς quidem a voce habente ο deducitur, si quidem tertium illud etymum sequamur, ita etiam φωρυτός. Verum quid hic agas? Etym. pariterque Suid. et Eust. convenientem cum etymo scripturam habent, sc. φορυτός: at vero Hes. uno quidem in loco Φορυτὸς et ipse, in altero contra, Φωρυτὸς per ω habet. Sed de his hactenus. ["Φωρυτὸς, ὁ, Cœnum, Clem. Alex. 245. Colluvies, Fœni s. Sarmentorum acervus, Lex. Bas. Curionis." Kall. Mss. "Φωριαμὸς, Wolf. Prol. 242. Brunck. Apoll. Rh. 123. Heyn. Hom. 5, 253. Ruhnk. Ep. Cr. 258. Koen. ad Greg. Cor. 197(=420.)" Schæf. Mss.]

SOC. JESU
BIBL.
JUNIOR
PROV. AUSTRALIAE